ſarũ quaſi dominio quod longe diſtat
a quaſi poſſeſſione, ſicut de verbo domi
nio dicitur ꝙ diſtet a poſſeſſione, vt in
l.naturaliter, in.§.nihil commune.i.eo
dẽ & ideo ꝙ in diuerſis titulis ponãtur.
¶ Neq; nocebit ꝙ de poſſeſſione qñq;
dictũ ſit, cum id incidẽter euenerit in iis
videlicet quorum dominium non eſt ſi
ne poſſeſſione vt ĩ volatilibus, eodẽ mo
do dicendum eſt incidẽter euenîſſe vbi
aliquẽ caſum poſuerit quaſi poſſeſſiõis.
Principaliter enim de dominio dicere
promiſit in titulo de rerum diuiſ. Quã-
obrẽ nõ viderẽ Bartoli conſequentiam
de.d.§.fin. procedere potuiſſe.

SEquitur Bar. quo iure dete
tatio ſit introducta diſtin-
guit illam coloni eſſe iuriſ
gẽtium, quia contractus lo
29 cationis eiuſdem iuris eſt,
illam ex decreto iuris ciuilis, vt per glo.
in.d.l.& per.l.ii.§.poſt originem.ff.de

origin. iuris, iudicia enim ſunt de iure ci
uili, vt ibidem. Sic Alex. qui tamē putat
detētationem ſimpliciter ſumptam iure
gētiū primeuo inuētam, quia ſeruus de-
tinere poteſt. l. ꝙ ſeruus et ſecunda-
rio fuit annihilatus. d. l. ex hoc iuregen
tiū. ℂ Hoc ſequor conſiderando eſſen-
tiam quæ in ſola coſtodia conſiſtit. d. l.
cum ex legati cauſa. ff. ex quibus cauſ. in
poſſ. eatur, quamuis quādoq; per ius ci
uile cōcedatur, vt i. d. l. nō tñ coceditur
ſeruis. d. l. ꝙ attinet. ff. de regul. iur.

GLoſa in verbo, in his, cōclu
dit eorū quæ in nullius bo
nis ſunt, eo ipō quo capiun
tur dominium quæri poſ-
ſeſſionēq; nec vnum ſine al
tero acquiri, ſecus vero eē in cœteris re
bus. l. 1. & per totū. C. de præſcript. lon
gi tēporis vbi poſſeſſio quæſita eſt, nō
tamē dominium, niſi titulus preceſſerit
habilis ad præſcribendum & tēporis cō
tinuatio. ℂ Dixit hoc Alex. eſſe verum
ſi a poſſeſſione inciperetur, ſecus ſi a do
minio, quia & nō exiſtētium in alicuius
bonis dominium quandoq; quæritur
abſq; poſſeſſione. ℂ Iac. de Aren. &
Imol. exēplant, ſi homo liber bona fide
poſſideatur dominium poſſeſſori quæ-
rit, non aūt poſſeſſionem. l. homo liber
ſupra titulo. 1 vbi ratio eſt, ꝙ quia poſ-
ſidetur ipſe aliud poſſidere nō intelliga-
tur. ℂ Aliter ēt exemplant, ſi verus do
minus rei (quā nō poſſideret) puta per
alium occupate) dominium in alterum
transferret. l. iii. § ex contrario. i. eodē.
l. ſi duo. ff. de præcario, certe ſi actuali-
ter tradidiſſet dominium trāsferret, nō
poſſeſſionē. l. ſi fundum. ff. de fundo do
tali. ℂ Item & aliter. nam in legatarium
transfertur dominium non poſſeſſio. l.
a Titio. ff. de furtis. ℂ Item & rerum he
reditariarum. l. cum hæredes in princ.
i. eodem. ℂ Item in Eccleſia, vt in. l. fin.
C. de ſacro ſanct. eccleſ. ℂ His tamē om
nibus non obſtantibus opinio mea eſt,
Alexandrum in hoc parum aduertiſſe.
Quia. l. l. homo liber. loquitur i rebus
aliorum non in iis, que in nullius bonis
ſunt. apparet quia loquitur in terminis
vſucapionis & ſimiliter. d. l. ſi fundum,
& d. l. fin. ſed vbi daretur caſus i iis, quæ
ſunt in nullius bonis dñium a poſſeſſio-
ne non ſeperaretur, incipias a quo uis:

GLoſa in verbo primi,
diuiditur i duas prin-
cipales partes, de ſe
patēt, in ſecunda par-
30 te querit, an dominiū
rerum quæ in nullius
bonis ſunt, eo ipſo quo quis in conſpe-
ctu ſit cum animo acquirendi acquira-
tur, diſtinguit, vt in ea. ℂ Quam exami-
nando Bar. quærit de poſſeſſione, nō p
hoc dicas eum a gloſa variare, cum lo-
quatur de illa per quam dominium que
ritur nec obſtat ſi iura Bartoli loquan
tur de poſſeſsione alterius, quæ etiam a
dominio ſeparari poteſt. Quia recte in-
tuendo gloſa vtitur ſimili modo, habita
etiam occaſione vnius & alias immiſcet,
argum. l. naturaliter. ff. de preſcript. ver
bis. ℂ Ex dictis Bartoli primam euelli-
mus concluſionem ꝙ animalium poſ-
ſeſſionem, niſi actualiter capiamus mini
me acquirere dicimur. l. naturaliter. §.
illud & l. in laqueum ſupra titulo. 1.
ℂ Quam etiam acquirimus per equipol
lens, vt in terminis. l. noſtre, in. § ſi iuſſe
rim, & l. ꝙ meo, in. § ſi venditorem in-
fra eodem, ex ratione quia voluntas tra
dentis operatur ac ſi res actualiter trade
retur, dummodo voluntas acceptantis,
& in rei præſentia ſint. l. ſi ſeruus teſt. ff.
de ſtipul. ſeruorum. ℂ In hoc non diſ-
ferūt ab inanimatis vt cōmuniter doct.
volunt damnantes gloſam in. § item la
pilli, inſtit. de rerū diuiſ. quæ tamen, vt
credo poſſet in theſauro ſaluari. ℂ Sed
aduertendum eſt ꝙ gloſa noſtra in ſe-
cūda particula ſecūde partis refert quoſ
dam eſſe in diuerſa opinione ꝙ immo
res de quibus in textu per ſolum aſpectū
(animo concurrente) acquirantur. per
d. § ſi iuſſerim, & § ſi per venditorem
ℂ Bart. reſpondet eā loqui in rebus ab

alio poſſeſſio,non que ſint in bonis nullius. ℭ Cōtra eoſdem glo tenet hic.per l.ii.§.inde neratius reſpondens eiſdem non referre,ꝙ in.§.theſaurum non poterat ſicut hic videri,nam non viſus particularis (dummodo ſciatur locus) nō eſt cauſa impedimenti,vt patet in.d.l. clauibus.ff.de contrah.empt.ℭ Sed eoſdem gloſa ſaluare conatur ꝙ in.§.neratius,ille ſciebat eſſe theſaurum in fundo non tamen de loco particulari eiuſdem noticiam habebat,ſecus in.l.clauibus & hic.ℭ Aliter etiam conabatur ꝙ ibi loquitur de poſſeſſione hic de dominio, quod deſtruitur quia ex poſſeſſione dominium quæritur,vt Bar.hic. ℭ Aliter ꝙ in.d.§.tractabatur de rebus quærendis per inuentionem,hic per apprehenſionem. Quod neꝗ placuit,vt Bart.hic motus quia inuenire eſt, per apprehenſionem.l.ſi Barſatoram.C.de fideiuſ.& reſidet ꝙ in.d.l.clauibus loquatur textus de re per alium poſſeſſa,nō ipſa quæ in nullius bonis eſſe reperiatur de qua in.d.§.neratius. Videtur igitur adherere opinioni præfate, ꝙ per ſolū aſpectū poſſeſſio eoꝝ (dē quibus in textu) Quæratur. ℭ Sed ſi recte ſua verba intuebimur dum pōderat verbum,apprehēderit,his contradicit.ℭ Ex eius nihilominus dictis in hac ſecūda particula gloſe.

31 ℭ PRIMAM habes concluſionē,ꝙ in terminis.d.l.clauibus,ad hoc vt poſſeſſio quæratur,oportet nō ſolū ſcire ipſas in domo incluſas,ſed locū particularem domus.ℭ Imola cōtra,quia nimis reſtringeretur.ℭ Et ad.§.neratius,ꝙ loquatur per inuentionem que importat apprehenſionem. Nos vero quādo per occupationem quo caſu ſciētia particularis neceſſaria non eſt,vt ē caſus,in.l. clauibus. ℭ Hoc ſequuntur Ang.in.l.ſi quis in.§.differētiam īfra eodē, & Alex. hic.ℭ Claudius & Florentini, aliter ſoluunt,ꝙ aliud ſit i fundo aliud in domo in qua facilior perſcrutatio eſt, fundus enim totus ſubuerti deberet,vt ſciri poſſet quid intus eſſet.ℭ Pro hoc textus in l.iii.in.§.nerua filius infra eodē, vbi res dicitur per nos poſſideri ſi ſit in cuſtodia noſtra licet non inueniretur, ſi tamen diligens inquiſitio ceſſet. ℭ Vnde per clauium traditionē dicitur per nos poſſideri. Ad quod.l.quorundam infra eodem,in verbo cuſtodia. ℭ Addo textum in.§.apium, inſtit. de rerum diuiſ. ibi,donec in cōſpectu, nec difficilis &c. Qua de re quia perſecutio difficilis conſideratur dicemus Bonam eſſe horū ſolutionē. ℭ SECVNDA concluſio gloſe eſt in terminis.d.l.clauibus,oportere ꝙ in cōſpectu domus claues ipſe tradātur,gl.in.§.ſi iuſſerim, i final.verbis Bar.in eadē.l.in.§.penul. ſequūtur hoc Iaſon Claudius & Florentini. ℭ Sed Alex.contra,per gloſam noſtram ſuperiorem,in verbo naturaliter, vbi ſufficit eſſe prope domū licet domus nō ſit i cōſpectu. d.l.clauibus. ℭ Florentini ſol

32 uūt,ꝙ illa loquatur de acquiſitione poſſeſſionis domus, nō autem mercium intus poſitaꝝ. ℭ Dici poſſet in dicta lege, nō tractari de domus poſſeſſione, vnde ꝙ gloſa non apte inducatur. ℭ Tu ſalua ꝙ ſicut acquiritur poſſeſſio merciū, & ſi non inſpiciantur, ſi tamē domus in cōſpectu ſit. Ita poſſeſſio domus de qua gloſa. Et ſi domus minime videatur,ſi tū de proximo apparere poſſit. ℭ Nō obſtat.Alex. dicēs, ꝙ nihil clauium traditio operaretur, ſi per ſolum aſpectum cum voluntate tradentis poſſeſſio ipſa acquireretur.d.§.ſi iuſſerim.Quia bene dicunt illud,videlicet per ſolum aſpectū &c.Procedere in domus acquiſitione. Non rerum intra poſitarum quia tunc clauium traditio neceſſaria eſt.¶ Item ſi verum diceret Alex. ſequeretur in.d.§. ſi iuſſerim,& in.d.§.venditorem, acquiri poſſeſſionē, & ſi res minime inſpiceretur,ſi modo de facili poſſet apprehendi contra textus illos. ℭ Non obſtat, dictio apud,ponderata per Alex. quia reſpondent eam ſignificare coram .l.coram ff.de verb.ſignific.l.eum pro

33 quo.ff.de in ius vocan.¶ ALIA concluſio

cluſio gloſe ponitur, ꝙ modus acquirē-
di per inuentionem, intelligitur per ap-
prehenſionem cum non dicatur inuen-
tum ſi non ſit apprehenſum vt eſt text.
in § neratius & in d. l. ſi Barſatoram, ꝑ
quod Alex. hic reprobat gloſam I § itē
lapilli inſtit. de rerum diuiſ. ¶ Sed Guil.
de Cunio quem in d § ſequitur Soccyn.
contra. Et Florētini ponderantes, quia
ſimpliciter iura loquuntur per verbum
Inuenerit, ad quod eſt glo. in. l. 1. C. de
theſaur. lib. x. dicens cum inuenire: qui
primo viderit vel apprehēderit cum vo
luntate quærendi. ¶ Reſpondent ad §
Neratius ꝙ loquatur in poſſeſſione, quæ
neq; beneficio legis acquiritur abſq; ap-
prehenſione, vt eſt tex. in. l. commiſſa. ff.
de publican. ¶ Quia tamē mihi ipſi per
ſuadere non poſſum vt dominium ſolo
viſu quæratur, vel poſſeſſio quouis affe-
ctu interueniente. Concludo in d § the
ſauros, eſſe ſpeciale, vt inuentori acqui-
ratur, non tantum quia beneficio prin-
cipis &c. quantum ꝙ eſt donum fortu-
ne vt in. l. ſi quis in aliena, in § 1. ſupra
titulo. i. ab ipſo Principe approbatum.
¶ Taliter ſalutarem gloſam in d § Itē
Lapilli & Bartholum hic non in conclu
ſione, ſed dum regulam conſiderauerit,
nam cum in d § ſpeciale ſit. Regula fuit
bene conſiderata, arg. l. ius ſingulare. ff.
de legibus. ¶ Non obſt. l. ſi Barſatorā,
quia iam dixerunt ibi verbum inuenire
propter partium mentē denotare appre
henſionem, nam iam conſtauerat eſſe la-
tronem & promiſſio nil ibi afferret niſi
verbum illud eo modo intelligeretur.
¶ Aliter conſidero. ꝙ ſpondens eſt de-
curio qui latrones apprehēdit, vñ ſubie-
cta materia operatur vt illud verbum eo
modo itelligatur, arg. l. ſi vno. ff. locati.
¶ Vel ſi dicere velles non eſſe ſpeciale,
in d § Reſpondeas ꝙ quamuis verbum
(inuenerit) ibi non importet apprehen-
ſionem nihilominus illa ſubintelligere-
tur, quia veriſimile non eſt quem inueni
re theſaurum, nec apprehēdere, arg. l. cū
de indebito C. de probat. Ideo ſolo ver-
bo inuenerit vſus eſt. ¶ In quo ne repli
cares, ꝙ ſecundum hoc ſola inuentio nō
parit acquiſitionem, concludo quot per
ſolam inuentionem vel viſum theſaurū,
quis acquirit, ſi tamen id aliquo modo
proferat, exemplum in pueris Romanis
cum quid inueniunt, ſtatim proferunt,
id videlicet, ſenza parte, quod eſt dicere
volo totum, quo prolato ſi alter proxi-
mior id capiat (puta aureum) non ſit ca
pientis, ſi vero qui prius viderit nihil di-
xerit, fortuna dedignatur. Et immeritō
priuat, nam poſt hæc occaſio calua eſt.
& hoc puto voluiſſe glo. in. d. 1. C. de
theſ. ibi cum voluntate quærendi, ſic in-
telligo. d. § item Lapilli. ¶ Speciale igi-
tur eſt vt ſola inuentione cum volunta-
tis declaratione acquiratur abſq; appre-
henſione. ¶ Et vbi donum fortune ceſ-
ſat itaq; ratio ſpecialitatis, acquiſitio nō
procedit, vt ē videre in § fere igitur be-
ſtie, inſtit. de rerum diuiſ. ¶ PER Hec
infero ad queſtion. Bartoli & firmarē cū
34 Ang. Imola & Soccyno in d § Nerati-
us contra communem opin. nam quam
uis inuentus cum armis non ſit appre-
henſus, puniri debet, extante ſtatuto, ꝙ
inuentus cum armis puniatur. ¶ Non
obſt. l. præſes & l. ſi de interpretatione.
ff. de penis, quia loquūtur in moderatio-
ne pœnarum in dubio ſienda nos in di-
uerſis terminis & in quibus conſideran-
dum eſt maleficia impunita non rema-
nere, quod publice Itereſt, iuxta. l. ita vul
neratus. ff. ad. l. acquil. ¶ Non obſt. Bal.
in § Item Lapilli. Dicēs mulieres inuen
tas cum perlis & non apprehenſas non
puniri extante banno inuentas puniri.
Quia loquitur ſine lege & contra prædi
cta, nam ad verificationem verbi inuen-
tionis non requiritur apprehenſio ſed
bene ad verificationem acquiſitionis, re
gulariter vt ſupra dixi, vnde punientur,
& maxime vbi honeſtatis ſeruande cauſa
apprehenſe non fuiſſent. Argum. l opti
mam. C. de contrahen. & committen. ſti
pul. ¶ Non obſtat Albericus in. l. ꝙ ait
lex, per illum textum. ff. de adulter. dicēs

e

inuĕtum ludere taxillis nó puniri ſi tūc
non ſit apprehenſus, & ſi ſtatuto cauea-
tur taxillis inuĕtum puniri. Quoniam re
ſponderem illa apprehenſionem ſiue oc
ciſionem in.d.l.de ſe eſſe illicitam, arg.
l.extat.ff. ꝙ metus cauſa, ibiq; tollerari
quia difficile eſt iuſtum dolorem tempe
rare, ac repentinum non miꝝ ſi ex poſt
facto deprehĕſus occidi nó poſſet, in ca-
ſu vero noſtro deprehĕſio licita ē, extan
te ſtatuto, vnde etiam ex poſt facto ſiet.

QVærit Bar. an tutor, vel cu
rator abſq; ſpeciali manda
to per aſpectum poſſeſſio-
nem transferre poſſit nega
tiuam firmat, quia vere vo-
luntas tradentis non concurrit ſed tan-
tummodo ficte ſimiliter in generali pro
curatore. ¶ Secundo per.l.quāuis in.§.
1.eodem. huic tamen legi reſpondetur
ꝙ non habet hic generalem & liberam
adminiſtrationem ſicut habet tutor.
¶ Tertio per.l.& iuſiurandi.in.§.tutor
.ff.de acceptilat. vbi præfati non faciunt
acceptilationem, itaq; fictam ſolutionē.
¶ Quod ſequitur Alex.ſubdendo ꝙ etſi
alias per conſtitutum vtraq; poſſeſſio
transferatur.l. ꝙ meo infra eodem, &
per præcarium naturalis tantum.l.& ha
bet.§.eum.ff. de præcario, non tamen
procedit vbi tutor, vel curator venderet
pupilli rem conſtituĕdo ſe emptoris no
mine poſſidere. ¶ In quo puto aduer-
tendum, ꝙ præfata procedunt in ſimpli
ci caſu, non vbi patefieret tutorem ipm
a pupillo poſſeſſionem abdicare voluiſ-
ſe per.d.l.quamuis, ibi vtriq; mercedem
præſtiterit, per quæ ibi poſita, glo. dicit
non transferri poſſeſſionem cum p mer
cedis ſolutionem pateat noluiſſe auferre
poſſeſſionem a locatore primo. ¶ Vn-
de ſequitur ꝙ ſi appareret eum voluiſſe,
poſſeſſio daretur qua de re contra Bart.
Alex. Iaſonem, & alios teneri poſſet cū
opinione Angeli Raphaelis, & Cumani.
¶ Non obſtat.d.§.tutor. Quia non vi-
deo eum loqui de transferenda poſſeſ-
ſione. Sed de acceptilatione quæ domi-
nium importat, qui per actum tacitū nó
transfertur.l.traditionibus.C.de pactis,
niſi vbi ſpecialiter lege caueretur, iuxta.
l.a Titio.ff.de furt. Poſſeſſio vero ſic.d.
.§.ſi per venditorē in.d.l. ꝙ meo. ¶ Nó
obſtat.d.l. ꝙ meo, in fine quia ibi nulla
voluntas tradentis tacita vel expreſſa có
currebat. Ideo poſſeſſio partis fūdi quā
non habeat minime transferri dicitur,
hæc pauca ſuper rubrica & in.l.1.tan-
quam euidentialia pro dicendis in.§.ni
hil commune dixerim in cœteris cum
ſcribentibus tranſibo. Antonius de
Matthæis Doctor minimus.

INDEX.

1 Continuatur,& cur titulus iſte poſtponatur titulo de acquiren. rerum dominio contra ordinem codicis,
2 ¶ Intellectus in titulo iſto,& precedenti.
3 ¶ Contrariorum quomodo eadem ſit diſciplina, quo ad cognitionem, vt videlicet cognito altero eo ipſo contrarium eius cognitum remaneat in.l. quemadmodum eo.
4 ¶ Quomodo quo ad iuris, vel hominis diſpoſitionem.
In.l.diem proferre.§. ſtari de arbitr.
In.c. fin.de verb. ſignific.
In regula qui commodum in vi.
5 ¶ Prohibita condemnatione in materia ſtricta, vtrum & abſolutio prohibita cenſenda ſit.
In regula nemo qui condemnare non poteſt de reg.iur.
In.l. ſolet.ff. de officio proconſul.
In Clemen. prima de hereticis.
6 ¶ Statuto extante ne ſoror fratri ſuccedat, an frater excludatur à ſucceſsione ſororis.
In.§. filium in auct. quibus mo. naturales effici ſui.
In.§. ceterum inſti. de leg.agnat. ſucceſsione.
7 ¶ In bello capta, vtrum capientium fiant.
8 ¶ Lex noſtra diuiditur, & cur à pedibus magis quam ab alia corporis parte poſſeſsio dicatur.
9 ¶ Cur à corpore potius, quam ab animo.
In.l. 1.§. ſed furioſus.
In.l.cum in diuerſis.ff. de relig.
10 ¶ Rerum dominium quomodo ceperit à iure gentium primeuo.
In.c.ius naturale prima diſtinct.
11 ¶ Capta in bello, an occupantium ſtatim fiant. Quid de bello iuſto, vel in iuſto & an in bellum à principe illatum, vel ab alio iuſtum preſumatur, ita vt expreſsio cauſæ neceſſaria non ſit.
In.l.hoſtes.ff.de verb. ſignific.

In.l. poſtliminio.ff.de capt.

12 ℂQuid ſi alieno in territorio caperentur.

In.l.ſi quis pro redemptione.§.1.C.de donat.

In textu noſtro.

13 ℂRecuperata an prioribus dominis reſtituenda ſint, vel an recuperantium fiant, & quid de conſuetudine.

In.l.ſi captiuus.§.ii.ff.de cap.& poſtlim.reuer.

In l.ab hoſtibus la.ii.C.de capti.

14 ℂIn rebus hic enumeratis, quomodo ex poſſeſſione dominium quæratur, & an & quando mobilia, vel immobilia preſumantur nullius, vel cuius, & an includantur in territorio conceſſo per Imperatorem.

In titulo pro derelict.

In titulo de bonis vacant.lib.x.& in.l.ſi vacantia.

In.l.1.§.ſi inſulam.ff.de fluminibus.

15 ℂDifferentia inter lapillos, & ſi inquiſitio ſtaret Titium violenter cognouiſſe bertam, quomodo & reſpectu cuius intelligenda violentiam ſit.

16 ℂAb alluſione vocabuli an & quando ſumatur propria ſignificatio, & quid relictum cenſeatur ab eo qui dixit, relinquo poſſeſſiones meas, vel dicendo rerum mearum, ſeu ſimpliciter dicendo, quæ poſsideo aut etiam ſubiungendo, in tali loco.

In.l.ii.ff.de fideiuſſ.minorum.

In.l.1 C.de omni agro deſerto.

17 ℂArgumentum ex ethimologia, an & quando validum in iure ſit.

18 ℂDiffinitio poſſeſſionis qualiter per doct.figuretur.

In.l.poſſeſſio.§.1.eodem.

In glo.ſuper verbo manumitti, legis prime de officio conſul.

In.l. peregre.eodem.

In.l.nemo.C.eodem.

In.l.non ideo minus.C.de libera.cauſa.

In.d.l. poſſeſſio.

In.l.ſi ea ff.de action.empt.

In.l liber homo.§.fin.ſupra titulo primo.

19 ℂDiffinitio poſſeſſionis vera quæ ſit.

20 ℂPoſſeſſio an de primeuo, vel ſecundario iuregen.dicatur.

In.c.ius naturale, in prima diſtinct.

21 Poſſeſſio naturalis quomodo perdatur, vel retineatur, quid de ciuili, & an & quando exitus cauſet poſſeſſionis amiſſionem.

22 ℂSi tam per me ciuilem & naturalem quam ſi per ſeruum in rebus pe

cubiaribus retinerem, & de recuperatione poſſeſsionis per aſpectum, vel per vicinitatem.

23 Quid ſi per filium, ſeruum, tutorem, curatorem, vel procuratorem quis naturaliter; & per ſe ciuiliter poſsideret, cur naturalis tantummodo poſſeſſor per exitum non ammittit poſſeſsionem, ciuilis idem & naturalis (excundo) naturalem perdit.

24 Quotuplex poſſeſſor inueniatur.

In.l.nemo.C.eodem.
In.l.ii.ff.pro herede.
In.l.iii.§.nerua filius.
In.l.aeqritur i fine ſupra titulo primo
In.l.iii.§.ex contrario.
In.l.licet.C.eodem.
In.l.ii.ff.pro herede.
In.l.i.§.deiicitur.ff.de ui & ui arm.
In.l.iii.ff.ad exhibend.
In.l.acquiritur ſupra titulo primo.

25 Quaſi poſſeſsio incorporalium, an diuidatur inter ciuilem & naturalem.

In.l.i.§.Ariſto.eodem.
In.l.i.§.queſitum.ff.de aqua quotid.& aeſtiua.
In.l.ſi aedes.ff.de ſeruit.vrb.praed.

26 Detentatio an iuris, vel an facti ſit.

In l.illa verba.ff.de verb.ſignific.
In.l.ſtipulatio.§.haec quoque.ff.de verb.obligat.
In.l.ii.ff.pro herede.
In.l.ſi finita.§.ſi quis metu.ff.de damno infecto.

27 Detentatio quid ſit, ſeu quomodo deſcribatur.

28 Poſſeſsio quo iure fuerit inuenta, & an eodem iure quaſi poſſeſsio incorporalium.

In.§.fin.inſti.de vſu.& habit.

29 Detentatio, quo iure ſit inuenta.

30 In ijs quae nullius bonis iudicantur, an eo ipſo quo capitur dominium quaeratur, ita vt ſine poſſeſsione non ſit, ſic econuerſo, & an quaeratur per aſpectum, quid de rebus animatis, vel inanimatis.

31 In terminis.l.clauibus.ff.de contrahen.empt.an quis vt acquirat poſſeſsionem neceſſe habeat ſcire in quo loco domus res ſite eſſent, & an neceſſarium ſit ꝙ ipſe adſit in horrei conſpectu.

32 Per inuentionem, res quomodo quaeſitae dicantur, & quid ſi theſaurum inue

nirit, nec apprehendit, an illum acquirat.
In.§.theſauros, inſti.de rerum diuiſione.
33 ¶ Statuto ſtante vt inuentus cum armis cadat in penam, inuentus non apprehenſus an puniatur.
In.l.ſi preſes,& l.ſi de interpretatione.ff.de penis.
In.l.quod ait.ff.de adulter.
34 ¶ Tutor, Curator, ſimileſque habentes generalem adminiſtrationem, an poſſeſſionem per aſpectum tradere poſſint.

ANTONII
DE MATTHEIS VETERIORI CO-
GNOMINE DE PAPARESCIS ROMANI LEGVM INTERPRETIS, ET IVRISCONS. CLARISSIMI.

REPETITIO

Ad.§.nihil commune.in.l.naturaliter. CVM *incluſis tractatibus,*

De cauſa poſſeſſionis & proprietatis.


De reſtitutione ſpoliatorum.

De cumulatione actionum.

Deque ordine cognitionum.

ff. DE ACQVIRENDA VEL AMITTENDA POSSESSIONE.




NIHIL EST
FECTVM
ET PER
INVENTVM
NON NOBIS DOMINE NON NOBIS SED NOMINI TVO DA GLORIAM.
OMNIV VIRTVTV
IVSTIZIA EST REGINA
IN MVNDO
STABILE
NIHIL
ANTONIVS. DE MATTHEIS.

V L P I A N V S.

L. NATVRALITER VIDETVR POSSIDERE IS QVI VSVFRVCT. HABET.

§. Nihil Commune habet proprietas cum poſſeſſione, Et ideo non denegatur ei interdictum vti poſsidetis, Qui, cœpit Rem vendicare. Non enim videtur poſſeſſioni renunciaſſe qui rem vẽdicauit.

1 PVlcra, ſub
tilis & quo
tidiana é.
pp cómo⸗
dũ poſſeſ⸗
ſionis, qd
cõſiſtit in
pcipiendis
fructibus.
vt in.l.no
ſtra in fin.
princip. in tribuendo dominium. l. 1.
ſupra eod. & in titul. de Vſucap. de
præſcrip. ff. & C. atq; aduerſarium one
rando ꝙ probet, ſi periculum litis euita
re velit. §. commodum Inſt. de inter⸗
dict. & .i.l. qui accuſare. cum ſimil.
C. de edend. Refectioniſq; expenſarum.
iuxta. l. eum qué temere. ff. de Iudic. cla⸗
rius in. l. properandum. d. tit. & in. §.
2 oportet. in auc. eod. de Iudic. ℂ Pro cu
ius materie euidentia, neceſſaria ſunt
que diximus in leg. prima. & quomodo
verbum. proprietas (De quo textus
hic) intelligi debeat ſtatim aperietur.
ℂ Nec non inſpiciendi ſunt tex. in. l.
ii. ff. de interdict. inſti. d. tit. de inter
dic. in. l. officium. ff. de Rei. vend. Iũcta.
l. prima. ff. de Alien. Iud. mutand. cau
ſa. facta dum volunt quòd (rem ven⸗
dicando) quis profiteri videatur aduer
ſarium a ſe conuentum (de facto ſaltim)
poſſidere: Adeo ꝙ ſi vere poſſideat ip⸗
ſe actor, ſibimet ipſi videatur preiudi⸗
caſſe, ne pro poſſeſſore (rexpectu rei cõ
uenti) amplius habeatur. ex quo ori⸗
tur dubitatio propter quã hanc literã
iureconſultus poſuit. ℂ Inſuper pro
euidentialibus aſſigno dicta D. Abb. in
cap. olim. primo. De Reſtitut. ſpol. nũ.
ix. xi. xii.

3 SCiendum eſt. ꝙ verbum.
proprietas. quandoq; pro⸗
prie ſumitur quandoq; mi⸗
nus proprie. Sumitur,
propriæ quando diſtin⸗
guitur ab vſufructu formali. Secundũ
Paul. de Caſtro, in. l. proprietas. C. De
probation. pro quo eſt tex. in. l. ſi tibi
proprietas. ff. de vſufruct. accreſcen. &
in. l. iii. §. ne tamen. ff. De vſufruct. Cu
ius diffinitioné dicit Placenti. in. l. iiii.
ff. De vſufruct. eſſe dñii partem. ℂ Huic
aduerſatur tex. in. l. Recte dicimus. ff. De
verb. ſignif. ibi eum fundum eſſe totũ
noſtrũ cuius vſusfruct. alienus eſt. Re⸗
ſpõdetur ad. d. l: iiii. (ꝙ quia dicit in mul
tis caſibus) non ideo ſimpliciter domi⸗
nii pars appellari meruerit, immo ſit ſer
uitutis. ſtante. Regul. dicta. l. Recte.
Concludi poſſet proprietatem eſſe do⸗
miniũ in re denudatũ à iure percipiẽdi
fructus, & à poſſeſſione. ℂ Exemplum
eſt in puris terminis verbi, non aliquo

modo alterati, puta. dono ſiue promiſſo proprietatẽ illius. ¶ Quòd ſit dominium. videtur in tex. d. l. Recte. ibi vſuſfructus neq; pars dominii eſt. & dicitur proprietas quaſi proprie tua. probatur in. d. l. iuncto eo. quia id proprie dicitur alicuius, ꝙ cõpetit ei ſoli. Io. Andr. in cap. ſi Papa De Priuilegiis in VI. Hoc fortaſſe modo intelligẽdus eſt tex. in. d. l. proprietatis dominiũ. C. de probation. do ĩ ſimil. tex. in. l. 1. C. de Pact. ibi conditionis incertũ, & legitur conditio quæ eſt incerta, vt ſic declararetur proprietas, quæ eſt dominiũ. ¶ Tñ videtur obſtare qa in. d. l. proprietatis. ſumitur pro dñio pleno, pro ut ẽt ius percipiendi fructus cõprehendit, Paulus & Floren. reſpondent. ꝙ ibi ſumitur largo mõ, itidem Abb. in cap. 1. De Cauſ. Poſſe. & Propriet. ſicut ponitur in. l. promiſcere. i. eod. in § nõ ſolum inſt. per quas perſon. nob. acqui. in. l. per procuratorẽ. C. eod. in l. ſi de vi. ff. de Iudic. in. l. qõ. ff. de verb. ſignifi. ¶ Mihi videtur in d. ll. concordantibus non cõprehendi ius percipiendi fructus, minus in. l. noſtra. cum in. d. § nõ ſolũ. ſeparatim ponatur à poſſeſſione. ſine qua vix erit ius percipiendi fructus, vt ſumitur ex. l. noſtra in princi. ſui. & Ad d. l. proprietatis. reſponderẽ, ꝙ ibi nõ ex verbi natura ſed imperatoris expreſſione comprehenditur ius percipiendi fructus, nam dixit dominiũ. vt denotaret exercitiũ vere ſeu denudate proprietatis nã alias dicendo eſſet verbũ ſuperfluum. ¶ Vel ecõuerſo dici poſſet, dominiũ proprietatis, hoc eſt reſtrictum ad ſola proprietatem. id eſt denudatũ. vt puta quia ſic in facto contingit. Nam principum reſcripta ſecundum factorũ contingentiam impartiebantur vulg. § ꝙ principi. Inſt. de Iur. nat. gen. & ciuil. ¶ Ad. tex. in § 1. inſti. de vſufruct. ibi nudam habet proprietatẽ, quaſi velit ne ex verbo proprietas excludetur ius percipiẽdi fructus niſi expreſſiſſet, nudum. Rerſponderi poſſet id poſitum ad maiorẽ expreſſionem. nam & ſine ipſo excludebatur. vt oſtenditur in ſequentibus verbis ibi. legatarius. iuncta Reg. l. cũ prætor. ff. De Iud. & euidens eſt in. l. vſufructus pluribus. ibi. ſed & proprietas. ff. de vſuſfruct. ¶ Vnde cõcludo ꝙ non verbum proprietas. ſed nomẽ ipſius rei (puta fũdus) eſt qui ius percipiendi fructus includit. vt mihi eſt tex. in. l. idem neratius. in § non ſolum, vbi propterea eſt locus iuri accreſcendi. ff. de vſufruct. accreſcen. Ad ꝙ eſt tex. in. l. ſequen. in verb. ſi tibi proprietas iũctis ſequen. ibi. & triens vnus proprietati miſcebitur. Vnde (vt ibi ſumitur) De ſe nõ includebatur. Ad glo. 1. ibidem nudam dic. ꝙ argueret Iurecõſultũ. ꝙ abſit, vt in vulgar. ¶ Ad. d. l. vſufructus pluribus, ibi detracto vſufructu (quibus verbis videtur excludi ius percipiendi fructus, non autẽ ex natura verbi proprietas) Reſponderetur illa verba eſſe Iuriſcõſulti non autem facientis legatum, ꝙ probatur in. l. ſi alii. ff. de vſufruct. legat. ibi. nã detracto vſufructu proprietatem &c. ſi enim verba iuriſconſulti denotarent verba legãtis, ille verſiculus qui ibid. ſeqtur, vano poſitum eſſet.

¶ Vnde infero, ex prædictis, quòd nõ inuenio verbum. proprietas. plenum ſignificare dominium, ſed denudatum. vt diffiniui. & per. l. noſtram. & voluit Paulus de Caſtro in. d. l. proprietatis. in princip. ibi item plenam &c. & ſi alicubi pro pleno reperiretur, illud ſit vel ratione verbi adiuncti, arg. l. ſi vno. ff. locati, vt ẽ in. l. fœminæ. in § illud, ibi pleno proprietatis vſu. C. de ſecund. nup. vel vbi ſubiecta materia ſuaderetur vt hic. in verbo vendicauit. iuncto eo, quia vendicatio ſoli domino competit § ſic itaq;. inſt. de Action. facit. l. ſi inſulam. ff. de præſcript. verb. ¶ Sed verbũ dominium abſolute loquẽdo, poſſeſſionem, & ius percipiendi fructus (hoc eſt cauſalem vſumfructum) oſtendit. vt in titulis. ff. & C. de Acquir. Rer. Dom. eſt tex. in. l. 1. ibi dominiumq; rerum ex na

turali poſſeſſione cæpiſſe &c. ſupra eod.
ibi aperta eſt differentia inter proprie-
taem & dominiũ. ¶ Non tamen hoc
procedit vbi aliud verbũ ei adiiceretur,
puta verbum poſſeſſio. ſiue vſufructus.
Arg. Regul. generi per ſpeciẽ De Reg.
iur. in vi. nam ratione verbi adiuncti ſe-
pe verba ne dum reſtringuntur, ſed etiã
impropriantur. de quo eſt tex. in. l. fin.
ff. de vſufr. ear. Rer. quæ vsu. cõſum. ibi
q̃a erat reſtituẽda, & in. l. iubemus. C. de
Sacroſanc. eccleſ. vbi verbum proprie-
tas exponitur, ideſt poſſeſſio ſiue vſu-
fructus. ea ratione dicit glo. ibid. quia
nunq̃ proprietas ab eccleſia ſeparatur
in caſu illius legis. itaq; niſi eo modo
exponeretur, imperatoris elocutio non
conueniret: Hoc etiam modo intelli-
go tex. i cap. 1. de in Integr. reſt. vbi eſt
videnda glo. in verbo redire. ¶ Vlteri-
us Dicẽdo dominium (largo ſaltẽ mo-
4 do) directum atq; vtile comprehendi-
tur, ſed proprietas vtilis non reperitur.
Bald. in. l. ii. C. de cond. Inſtitu. Aretin.
hic Iaſon. Claud. & Florentini. inferen
tes ad libellum, vbi (ſi cõcludatur rem
ad ſe ſpectare ratione proprietatis, & in
proceſſu de vtili dominio tantum pro-
baretur) obtineri non poſſet. Alex. in
l. ſi finita in § ſi de vectigalibus. ff. de
dam. Infect. Doct. nouiſſimi. in cap.
conſuluit de appell. ¶ Inuenitur tamẽ
quaſi proprietas. in. l. ii. in § quædam.
inſti. de Interdic. quo caſu videtur ſub-
ſtineri libellus per ea quæ ponit Bart.
in. l. ſed & ſi poſſeſſori in § itẽ ſi iuraue
ro. ff. de iure Iuran. Quicq̃d de Vtili di-
xerit Ripa hic. Nam cõtrarium tenuit
Alex. in conſil. 202. in ſecũdo volum.
ꝙ immo nõ ſuſtineatur, niſi & vbi ver
bum fieret quo veriſimiliter de quaſi
proprietate vel de dominio intellexiſ-
ſe ſumatur. vt per Bart. in. d. § ſi de ve
ctigalibus. ¶ Sed ſi in libello ſimpli-
citer dictum ſit ad ſe rem dominii ra
tione pertinere, probando de vtili tan
tum, libellus teneret. & ſententia ſuper
eo fundaretur. Iaſon. Hic. & quauis Bal.
in. l. ſi domus. I § ſi fundus. de. legat. 1.
contradixerit, quem diſputando hic ſe-
quutus eſt Claud. tamẽ Iaſonẽ appro-
barem. & Ad. dictum § ſi fundus. reſpõ
derem, ꝙ ideo in fin. illius tex. domi-
nus dicatur, qui tantummodo directum
habet, quia eluceſcit ibi alium habere vti
le. arg. l. ſi vt certo in § ſi duobus vehi
culum. ff. comod. ¶ Non obſtat. l. 1. in
§ in perpetuũ. ff. ſi ager vectig. necnõ
tex. in cap. ſi Papa. de priuileg. in. vi.
quia quo ad ſuſtinendum libellum ver-
ba impropriantur, & tenerem contra
Bald. ſed ꝙ in dubio dicendo domi-
niũ, comprehendatur tantũmodo vti-
le, ſequor eoſ. per d. § ¶ Addo ꝙ non
dicitur propie tale ꝙ eſt cum adiuncto.
l. 1. cum not. ff. de don. cã. mor. ſed ap-
pellatur dominium vtile, ergo non pro
prie dominium eſt. Præterea emphiteo
ticario non datur actio directa, neq; ei
qui præſcripſiſſet. nõ igitur proprie do
mini appellari merentur hæc eſt opi-
nio cõmunis & notanda pro ſtatutis.
iuxta. l. 1. ff. de exercito. Act. faciũt quæ
in prima cõcluſione prime gl. examina-
buntur. ¶ ISTE § diuiditur in tres
5 partes, vt per Bart. & aduerte ꝙ ex hac
prima parte colligitur ratio rationis
decidendi, quæ ratio decidendi ponitur
in vltimo dicto. taliter ĩtelligo tex. hũc,
& ſecunndum talem intelligentiam fi-
gurarem caſum iuncta figuratione Ale-
xandri.

6 NOtatur primo ex hoc tex.
quod nihil cõe hẽt proprie-
tas cũ poſſeſſione. de quo i.
l. ꝑmiſceri. i. eod. i. l. ſi duo
§ fi. & in. l. 1. i § huius au
tẽ. vti poſſidetis, ibi ſeparata debet eſſe
poſſeſſio a proprietate, & ibi Aliter qui
dem &c. & in. l. mulier § ſi poſſeſſionẽ
ff. quod met. cauſ. vt hic Iaſon. & in §
retinende inſti. de interdict. & in. l. in-
ter litigatores. ff. de Iudic. & in. l. &
an eandem in § fi. ibi. quoniam in in-
terdicto poſſeſſio in hac actione pro-
prietas venit. ff. de except. rei iud. Quæ

iura omnia(pro dicendis infra)hoc in loco citari expediens erit. ¶ Ex hoc notabili Iaſon. & Claudius colligunt dominium non præſumi ex poſſeſſione,pro quo addunt glo. in.l.ii.& in. l. cum eo.C. de probat. Niſi dominium incidenter deduceretur. moti ex .l. 1.ff.famil. herciſ. ex. l. ſicuti·§·ſed ſi queratur. ff. ſi ſeruit. vendic. per ea que Bart. in d.l. cum res. per glo. & docto.in.l.quidam in ſuo.C. de cond. inſtit. ¶ ET ex hoc notabili infert

7 hic Ripa ad infinita pene, in quibus ex diuerſis non fit illatio. mihi non conuenit hoc repertorium,quia magis interpretationi quàm recitationi & cartarum repletioni incumbendum eſt,nó vt quidam vltra montes qui ditantur impreſſores. ¶ IN HOC tamen aduertam dum Bartolus in. l. ſi non ſortem·§·libertus.ff.de cond.indeb.dixit perſonarum ſeu temporum diuerſitaté arguere etiam factorum(niſi modica diuerſitas eſſet,vt per eund. in.l.plerumq; per illũ tex.ff. de iur. dot. quam hic ſequntus eſt Claudius,& ꝙ ideo nó attéditur in.d.ſcio.quia rei maiori præiudicaretur) nam nec etiam attenditur (exiſtimo) quia receditur a iure communi,arg.l.præcipimus. C. de Appell. ergo ſecus eſſet in caſu ſimplici, vt noſter eſt. ¶ Semper igitur diceré ex diuerſis uon fieri illationem ſi diuerſa ratio eſſet,que præſumitur.per.l.inter ſtipulauté in·§·ſacram.de verb.oblig.ſi vero eadem ratio ſit,ex ma xime tunc diuerſis faciam illationẽ.nec enim paruitas ad hoc me faciet variare. Arg.l.quæ de tota.ff.De Rei.vend. ¶ Nihilominus cũ Bart.tráſirem in fauorabilibus, & in iſtis puto loqui prætorem in.l.prima.ff.de vétr.iſpic.dũ de minimis nó curat,ſecus ĩ odioſis.vt in.d.l.faciũt quæ ꝑ doct.in.l.ſi coſtáte. ff. ſolut.matrim.

8 NOtatur Secũdo per Alex. & nouiſſimos, ꝙ qui rem petierit(etiam iudicio pendente(poſſeſſoruim retinéde inchoare nó impedietur vt hic. Item recuperande,per.l.cum fundum. in·§·fi. ff.de vi. & vi arm.nec nó adipiſcéde,per ca.paſtoralis.de cauſ.poſſ.& propriet. ¶ Quod procedit ante concluſionem in cauſa.vt.in.d.cap. & in.l. noſtra,ibi. cepit.non poſt cóclusionem,quia tunc potius finitum dicitur q̃ cæptum, cum ipſa concluſio ſententiæ equiperetur.niſi ex iuſta cauſa quis iuuaretur vt in.d. cap. de quibus dicam in combinationibus.

9 NOtatur Tertio, non videri quem(eo quia petitorio agere cæperit)poſſeſſioni renunciaſſe.propter ꝙ Iaſoni videtur rei vendicationem cópetere poſſeſſori, cótra.l.primã.ff.de alien.Iud.mut.ca.fact. ¶ Quidã(vt hoc euitent)intelligũt hanc l. ibi poſeſſioni, non de naturali quæ ſemper præſupponitur penes cóuentũ, vt in.d.l. vel ſi De naturali, non de nuda detentione, cuius cauſa rei vendicatione agi ceptum fuerit. iuxta.l.officiũ.ff.de Rei vend. ſed in tertia lectura dicam. ꝙ naturalis erat penes reum conuentum in terminis iſtius legis. nihilominus hoc explicabimus in lecturis.

10 CApiam glo.primam in verbo. nihil. primo exemplat. Secũdo opponit. Tertio ſoluit.cautæ dat exéplũ. nã ꝑ tex.in.l.& an eãd.in·§·fi.ff. de excep.Rei Iud.non daretur conueniens exemplum ad ſecundam partem, neq; conueniret illationi huius literæ, in ipſo enim·§·ponitur caſus contrarius,quia primo loco poſſeſſoriũ cepit, hic ſecus, [illegible]cunt Io. de de móte Sperello et Alexan. ¶ In Secũda parte glo. oppo. vt proprietas & poſſeſſio habeãt quid commune, videlicet incorporalitatem. ut ſoluat, exponit verbum nihil. pro non omne. Bologninus cótra.quia Petrus homo eſt, & Albus, & ſimiliter Martinus, non tamen ſequitur eos habere aliquam ſimultaneã

communionem, vt loquitur hic tex. in dictione cum. de qua Bald. in Rub. de Inſtit. Quod autem quid commune non habeant glo. probat, quia non datur poſſeſſio propria in incorporabilibus. dominium vero ſic. l. iiii. ff. de vſu fr. l. qui vſufructũ. ff. ſi vſufruct. petatur.

11 ¶ Nihilominus & ſi hæc ſolutio non conueniat, ex ea tamen duæ capiuntur concluſiones. Prima dum dicit ibi dominium incorporale eſt, ꝙ vſufructum vel aliam ſeruitutem habens dominium habere dicatur. ¶ Secunda ꝙ habentes ipſas ſeruitutes (que iura ſunt .l. ſi ſeruus ·§· incorporales ſupra titulo. primo. l. iii. i. eod) minus proprie poſſidere dicantur. Et quia ſtatim hæc expeditur, in primis eam examinemus. Iaſon pro hac mouetur per tex. in. l. penul. ff. de ſeruit. ibi. ego puto vſum eius iuris pro traditione poſſeſſionis accipiendũ eſſe. & per tex. in. l. ſi ædes in ·§· fin. ff. de ſeruit. ibi libertas ſeruitutis vſucapitur ſi ædes vſucapiantur, quare ſi hic (qui altius edificatũ habebat) ante ſtatutum tempus ædes poſſidere desiit, interpellata poſſeſſio eſt. vnde nouus poſſeſſor integro ſtatuto tempore libertatem vſucapiet &c. quare Iaſon. ipſe dicit ꝙ in iſtis iuribus improprie ſumitur per iura ſuperiora. ¶ Sed aduerto ꝙ in. d. l. ſi ædes. verbum. poſſeſſio. refertur ad corpus, & non ad ius. non igitur probat ꝙ iura poſſideãtur. Ita Petrus de Bellapertica, & Claudius. Vnde inferrem ad intellectum d. l. penul. dicentis pro poſſeſſione haberi, vt intelligatur corporis, ſeu fundi per quẽ via debetur. ¶ Et intelligo quatenus vie ſpatium extendatur. arg. ·§· noſtri. Intelligo id etiam de naturali tantum poſſeſſione, vel Aſinina detentatione.

¶ Necnon ſequor Claudium ipſum ꝙ ex duobus conſtet vſufructus, videlicet corporali poſſeſſione, vt in hac. l. & Patientia domini ipſius fundi, per quam quaſi poſſeſſio iuris vtendi fruendi acquiri dicunt. d. l. qui vſumfruct. & declaratur per tex. in. l. ii. i ·§· dare. ff. de vſu fru. Qua de re putarem Iaſonem parum aduertiſſe ad. d. l. ſi ædes.

12 ¶ NVNC autẽ redeundum eſt ad primam Concluſionẽ. ꝙ vſumfructum habens vel aliud ſimile ius, dominium habere dicitur, quam communiter ſequuntur. SED Iaſon. aduerſatur. per. d. l. qui vſufruct. vbi verbũ. poſſeſſio intelligitur de quaſi vt retulimus, eodẽ modo vult eſſe dicẽdum quaſi dominium vſufructus. arg. l. nã hoc iure. ff. de vulg. & Pupill. non enim proprie dominium eius eſt, cum recognoſcat ipſius rei dominum vt ſuperiorem. ITEM dominium proprie diffinitur per Bart. in. l. ſi quis vi. in ·§· differentia, i, eod. quod eſt ius diſponendi perfecte de ipſa re. Sed vſufructus eſt ius vtendi fruendiq;. Cui Florent. reſpondent ex dictis Bart. in. l. qui vsũfruct. ff. de Verb. oblig. Dominium in genere & in ſpecie debere conſiderari, in genere vt eſt totum quid & vniuerſale, vt Animal. ꝙ etiam comprehendit hominem. vt ſic dominium in genere capiat proprietatem nudam & vſumfructum, omnis enim qui habet ius in re dicere hoc poteſt, illius rei dominiũ habeo. d. l. qui vſumfruct. ITEM quia ſpecies dicuntur proprie de genere. d. l. ſiquid earum ·§· inter emptum. de legat. 1. ideo vſusfructus proprie dominium eſt appellandus. ¶ Ad. l. qui vſumfructum. dicunt ꝙ ibidem proprie atq; improprie ponitur neq; mirum eſt, habetur in. l. ii. ff. de off. conſul. maxime ſtante ratione diuerſa. per quã ceſſat Regul. d. l. iam hoc iure. in Incorporalibus non eſt dare propriam poſſeſſionem quæ ex eſſentia uaturali cauſatur. l. prima ſupra eod. vnde non cõuenit his que corpore carẽt, Dominium vero ſic. Non ob. l. ſi vſusfructus. ff. de Iur. dot. dum vult vſumfructum alienari non poſſe, neq; cedi. quia ibi ex accidenti illo procedit videlicet quòd a perſona ſeparari non poteſt. loquitur enim de vſufructu formali, ſed cõ

moditas percipiendi fructus eſt alienabilis vt glo. Bart. & Areti. in. §. finitur inſtitut. de vſufruct. Ad id dictum ꝙ recognoſcat ſuperiorem, reſpõdetur. ꝙ non ideo ſequatur non eſſe dominum illius iuris. Ad Bart. in. l. in venditione. ff. ex quibus, cau. maior. dico nõ ſequi ꝙ (quia largo modo ĩcluditur) ideo non proprie &c. nam conſideratur vt ſpecies. ergo proprie vt ſupra. ℭ Finaliter com. opin. mihi videtur dura quia (cum directum dominium proprium ſit penes proprietarium, vt alias declarauimus. per. d. l. recte dicimus. de Verb. ſignif.) dicere parum conuenit, vt ſit penes vſufructuarium. arg. l. ſi vt certo in. §. ſi duobus vehiculum. ff. cõmod. & q̃uis ſit dominus illius iuris non tamen abſolute dominus (de quo loquimur) dicetur. cum diffinitio ſupra dicta repugnet. Minus id obſtat quòd poteſt alienare. Nam & conductor ſuam commoditatem alienat, qui tamen nullo reſpectu dominus vocari meretur. ℭ Ex quibus puto conſiderationem Bart. illam ſpeciei dominii (vt ſupra) fruſtratoriã & nego ex accidenti eſſe Inalienabilem. dico immò ꝙ ſui natura ſit. & ob id appellatur ſeruitus perſonalis vt in vulg. Nec nõ dico ꝙ in d. l. qui vſumfructum. tex. improprie loquitur. ſicut de poſſeſſione, & pariter ponuntur: arg. d. l. iam hoc iure. ff. de Vulg. & pupill. atq; defendo opinionem glo. in. d. l. iiii. ff. de vſufruc. Bart. in. d. §. differentia. & Alex. hic. Praeterea cõcludo ſeruitutes ruſticas & vrbanas tanquã partes praedicamẽtales, & ſu-

13 biectiuas. dominia proprie vocari, ex rationibus antedictis, neq; mirũ eſt, cum & in alio differãt ab vſufructu. vt not. in. d. l. iiii. ℭ Sed ex cõmuni opin. infertur ad queſtionem. quis in libello ſimpliciter dixit ſi eſſe dominum, & probauerit tantum ſe eſſe vſufructuarium. Bald. in. d. l. qui vſumfructũ. & Alex. hic voluerunt ſibi ſufficere ad obtinendum in vſufructu, quãuis improprie vſufructuarius dicatur dominus. Dicũt idem Soccin. Aretin. atq; nouiſſimi. Secus vbi ſe dominum eſſe fundi libellaſſet, per ea que in. c. examinata. de Iud. & per glo. in prin. de cond. inſtitu. ℭ ITEM quia diuerſum eſt dicere dominum fundi, à domino vſufructus. vnde ſuccedit Reg. l. habebat. ff. de Inſtit. & ꝙ habetur in. l. 1. C. de eden. ꝙ deducẽdo quis vnũ ſi aliud probet, in vtroq; nihil agat. ¶ Neq; mouebor ꝙ verba improprientur ad libellum ſubſtinendum. l. ſed & ſi poſſeſſori in. §. item ſi iurauero. vbi Bar. ff. de Iur. Iur. quia hic neq; improprie ſub alterius vocabulo cõprehenditur alter. ¶ Soccinus hic dicit ꝙ immo vſusfructus eſt pars integralis dominii, conſequenter dominium. vt per Bar. in. l. qui vſumfructum, de Verb. oblig. Florentini reſpondent ꝙ Bart. ibi loquatur de vſufructu cauſali. pro Socin. eſt tex. in. d. l. iiii. ℭ SED aduerte quia dicit in multis. quaſi velit vt ſint caſus ſpeciales. Et contra eũd. habeo tex. in. d. l. qui vſumfruct. dicentem ꝙ qui ſtipulatur vſumfructũ, deinde fundũ, ſimilis eſt ei qui ſtipulatur partẽ deinde totũ, ſi ſimilis ergo nõ idẽ. vulg. l. ꝙ nerua. ff. depoſiti. ex his igitur deciſos habes duos caſus. ℭ TERTIVS caſus eſt vbi quis dixit ſimpliciter in libello ſe eſſe dominum, tamẽ vſus eſt actione ſiue remedio ſoli domino non autem vſufructuario competenti puta Rei vendicatione. arg. l. 1. cũ ibi. not. in prin. ff. ſi vſusfruct. petatur iũcta. l. in rem. ff. de Rei vendica. deinde probauit ſe fructuarium Bald. in. l. ii. C. de iuſtit. & ſubſtit. ſub. cond. fact. per rationem quia libellus interpretatur cõtra libellantẽ, velle videtur. vt nõ obtineat. Contra quem Socin. quia (cum abſq; cauſe expreſſione libellus ſubſtineatur) tanto fortius vbi cauſa inepta expreſſa eſſet. C. dilectus vbi Abb. de Iudici. ℭ Aduerto haec procedere ibi clare conſtaret vſumfructum eſſe petitum vel apta vel inepta cauſa petita fuiſ

ſet vt libellus tunc ſubſtineatur. Nec
diuerſimode intelligerem tex. in.l.ii.in
·§·1.ff.ſi ſeruit.vend.vbi ponitur ven-
dicatio pro confeſſoria,allegatum hic
per florent. ¶ Et ſequitur Socin. hæc
hodie parum attendi, quia in libellis
inſeruntur ille clauſule,videlicet. omni
meliori modo &c. & petens ſibi ius &
iuſtitiam miniſtrari,ex quibus obtine-
tur cauſa probata,licet non deducta.
vt per Alex.i.l.ita ſtipulatus in·§·Cri
ſogonus.de Verb.oblig. ¶ Nihilomi-
nus aduerto ipſas clauſulas non ope-
rari in his que nullo modo narrata fue
runt, Corneus in conſil.218.in 2.co-
lum.lib.1.Alex.in conſ.121.lib.1.vi-
ſo proceſſu.Aretin.17.conſideratis in
4.colu. Neq; in his que repugnantiã
continerent Alex.in conſil.96.conſi-
deratis.in penul.col.verſ.2. Reſpõdeo
&c. SED vſusfructus formalis & pro-
proprietas repugnant inter ſe vt in eod.
ſubiecto non veniant igitur &c. ¶ Item
quis dicendo ſe eſſe dominum fun-
di.nullo pacto videtur expreſſiſſe ſe eſ
ſe vſumfructuarium, per ea quæ dixi-
mus. non igitur cum Soccini. dicto
tranſibo. Plures notabiles & quoti-
dianos effectus prouenientes ex clauſu
lis perfatis.deſcriptos habes hic in ad-
dit ad florent.alias hormandotium.
¶ Secunda ſolutio glo.noſtræ ad pri-
ma ſui oppoſitionem illa eſt, ꝙ quia
non vt paria.non vt oppoſita, nec vt
pars & totum habent ſe ad inuicẽ pro-
prietas & poſſeſſio. conſequenter quia
nec poſitiue neq; remotiue de vna ad
aliam infertur, ideo hic in tex.dicitur
ꝙ nihil commune habet &c. Declara
per cumanum & Florent.ſubdentes ter
tiam ſolutionem glo. hanc eand. eſſe
quãuis Bart. aliter loquatur. ¶ Op-
15 ponit 2. glo. quòd ex poſſeſſione do-
minium cæpit. Vnde ꝙ reſpectu ante-
cedentis & conſequentis communio-
nem habere dicantur,ſed hoc non tol
litur per ſolutiones glo. Dicit Alexan.
hic. VIDETVR tamen tolli per ea
quæ Bar. dicẽs illud eẽ reſpectu iuris pri
meui non hodierni, quo hodierno &
ſine poſſeſſione dominium queritur.
SED pro glo. dicunt Iaſo. & Aretin.
quia immo & hodie Regula incontra
rium eſt, arg. l. omnis diffinitio. ff. de
Reg.Iur.quæ regularia attendi debent
vulg.l.nam ad ea.ff.de cõd.& demõſtr.
Quibus Florenti.reſpondent immo in
rebus occupatis per alium(etiam iure
veteri)ex ſola poſſeſſione dominiũ non
queri.l.nunquam ſola.ff.de acqui. rer.
domin.cõſequẽter(omni Iure inſpecto)
volunt ex ſola poſſeſſione dominium
non queri. Soluit aliter Aretin. con-
nexitatem illam originis (ꝙ ex vno a-
liud oriatur) non cauſare indemnita-
tem reſpectu ſubſtantie, nam ab obli-
gatione naſcitur actio.l.licet·§· ea ob-
ligat. ff.de procurat.diuerſa tamẽ habe
tur. ¶ Aduerto tamen ꝙ hic tex.dicit
nihil commune.non autem ꝙ ſint idẽ,
vt loquitur Aretin'. ET Redeũdo cõ
cludo ꝙ(quia non abſolute verum eſt
etiam iure veteri ex ſola poſſeſſione do
minium quæri, vt ſupra)ideo tex.hic Re
gulariter loquitur. & contrarium ſol-
uo. ¶ Opponit glo.iterum.d.l.procu
ratorem.C.eod.& ſoluit ꝙ ideo ibi do
minium à poſſeſſione non ſeparatur,
quia erat mens concedentis.non ex na
tura ſupra poſitorum.doct.communi-
16 ter hoc ſequũtur. SED Bologn.Clau
dius,& Florẽt. Aliter moti ſũt per illũ
tex.dicentem, & ſi proprietas ſeparari
non poſſit &c.vt præſupponat Regu-
lariter ſeparatam. ¶ Aduerto ꝙ(etiam
hoc ſtante)ſolutio non facit.nam & ſi
quidã ſpeciales caſus inueniantur in q-
bus quid cõmune haberẽt(vt iſti ꝓſupo
nunt) non ideo ſequitur vniuerſalẽ ne-
gatiuam(de qua tex.noſter, verificari,
quæ vbi redditur in aliquo falſa)tota
remaneat vitiata. vt per Bart. & com-
muniter.i.l. ſi is qui ducenta.in·§·vtrũ
.ff.De Reb.dub. ¶ Finaliter veriorem
puto eſſe communem ſolutionem, ꝙ
ibi ſit mens concedentis, que mens quia

extrinſecus eſt. Lex vero noſtra loqua-
tur in ſimplicibus terminis.arg. l. quæ
extrinſecus. de Verb.oblig. ℂ Et quo-
niam per id quod dixi de vniuerſali ne-
gatiua videtur deſtrui ſolutio ſuperior
in antecedenti oppoſitione, illa videli-
cet ꝙ Regularia debent attendi. Quod
autem deſtruatur probo per illam vul-
garem Regulam habentẽ ſe, ꝙ qui om-
ne dicit nihil excludit, ideo tutior vi-
detur ſolutio, exponendo verba, nihil
commune. hoc eſt non omne cõmunẽ.
vt in glo. & ex iſtis do limitationem ad
17 .d.l.nam ad ea. ℂ Bartholus extra glo.
oppo. d.l.interdum.de Verb.ſign. Iiſdẽ
ſoluit & communiter ſequitur, ſed in
hoc me remitto maxime ad Claud. hic
num. 15 ℂ GLOSA final. hic ponit
quinq; lecturas. quarum primam docto-
res dicunt non conuenire. quia nullo
modo hic mentionatur de abſolutoria
lata anteq̃ Interdic. vti poſſidet. inchoa-
retur. in ſe tamen vera & notabilis eſt.
ℂ Et Dum glo. concludit ꝙ per abſolu-
toriam in petitorio latam non præiu-
dicatur in poſſeſſorio, de quo lata di-
ſtinguit hic Bart. in poſſeſſorio retinẽ-
de, recuperande, adipiſcende. ℂ Plures
18 capiuntur cõcluſiones. Prima ꝙ in poſ-
ſeſſorio mixtã habẽte cauſam proprie-
tatis, vt eſt illud de itinere actuq; pri-
uato, de quo in. l. ii. in. § quedã. Inſtit.
de Interdic. Sentẽtia lata in petitorio pa-
rit exceptionem Rei Iudicate in poſſeſ-
ſorio. Socin. & nouiſſimi firmant hoc
in terminis præfati § quoniam quis a-
gere non poteſt ad vie refectionem, niſi
qui habet quaſi dominium ſeruitutis.
l. ii. ff. ſi ſerui vend. itaq; tunc alter ſine
altero non eſt. l. iii. § hoc autem in-
terdicto. ff. de Itin. actuq; priuat. Se-
cus eſſet ſiquis ageret ex alio capite in-
terdicti, puta dicẽdo ſe ius ſeruitutis ha-
bere. nam tunc & poſt ſuccumbentiam
petitorii. pro poſſeſſione ipſius vie age-
re poſſet. quia tunc alter ab altero non
depẽdet. vt in. d. § hoc interdicto. ℂ Vi-
detur propterea ex iſtis quòd (quia
Bart. & omnes præſupponunt ſenten-
tiam ſuper petitorio tantum. fuiſſe pro-
latam) ideo vt Doctores extra terminos
loquantur in vltima. q. Bart. ibi pro de-
claratione &c. Nam l. d. § quedã. ſuper
vtroq; lata fuit, euidens eſt, quia in illis
terminis vtrunq; probari oportet. Pro-
bari inquam, ſe ius habere reficiendi, nec
non ipſam poſſeſſionem. vt eſt tex. i. §
hoc autem Interdic. l. prima ff. de Itin.
actuq;. prin. ℂ Quorum habita occa-
ſione (quãuis docto. hoc examinent in
vltima queſtione) nũc declarabo. Alex.
hic xii. column. vult ꝙ in terminis. d. §
quedã. Sententia lata ſuper vno non tol-
lat quin alterum inchoetur. nam quan-
do agitur pro itineris refectione, quaſi
dominium venit incidenter. non igitur
tollitur quin poſtmodum principaliter
deduci poſſit. Ad ꝙ. l. ſed ſi ante. ff. de
except. Bart. in. l. qui Rome. in. § duo
Fratres. de Verb. obl. in vi oppo. ℂ Bo-
logn. & Claudius contra dicunt, & ꝙ
immo ibi veniat principaliter, & ſumi-
tur ex. d. § hoc autẽ interdicto. & iſto
caſu verificant cauſam poſſeſſionis mi-
xtã proprietatis cauſam habere. ℂ Sed
vbi incidenter (ex quo tunc per ſolam
poſſeſſionem quaſi dominium proba-
retur. l. ſicuti. § Sed & ſi queratur. ff. ſi
ſeru. vendic.) Concluſio noſtra nequa-
quàm verificaretur. vt. d. l. ſed ſi ante.
Nam ſi peto viam tali fundo, inciden-
ter dico eum eſſe meum, & in hoc vlti-
mo ſaluant Alexandrum. ¶ Aliter lo-
quitur Bald. in. l. edita in Paduana. C.
de edend. ꝙ. d. l. fundum. ff. de exceptio.
loquitur ne per maiorem cauſam mi-
nori preiudicetur, quem hic ſequutus
eſt Claudius à cumano defendit, Bre-
uitatis cauſa omittam. ¶ Aliter Claudi-
us ipſe in. d. l. ꝙ quando primo loco
queſtio dependens, poſtmodum princi-
palis initietur, tunc principalis diuerſa
nec dependens à prima dicatur, ſed ꝙ
Bart. loquitur quando mixte non ſe-
parate eſſent. ergo &c. ¶ Alio modo
loquitur cumanus in. d. § duo fratres,

ꝙ in

ꝙ in d.l.ſed ſi ante. non conſtat vt ea ratione, quia non erat dominus ſuccubuerit ipſe actor. vnde putat magis ea ratione, quia non probauit, arg. l. qui accuſare. C. de eden. Qua de re tunc non eſt neceſſe id (de quo in primo iudicio ſit iudicatum) deduci in ſecundo, ſicut debet in caſu Bart. de quo tamen Iaſon. in d. § in. 2. colum. dubitauit. ❡ Finaliter cumanum ſequor. ꝙ generalitas tex. in d. § quedã. diſtinguatur, vt iura iuribus cõcordentur. arg. c. cum expediat. de elect. in vi. & ſic contrarium d. dict. § euitetur. Ad § duo fratres. Repeten. dicunt, quod per viam exceptionis id fuit in primo iuditio diſcuſſum. vt p Bart. in. l. ii. in § primo. ff. de vi. bon. rapt. VNDE concluſio Bart. defenſatur, ꝙ ſi quid in primo iudicio incidenter cognitum fuiſſet, vt in ſecundo etiam iudicio principaliter deduci poſſit. & e conuerſo. Nouiſſimi dicunt Hic, ꝙ ſententia lata ſuper petitorio mixtam habente cãm poſſeſſorii, ſuper poſſeſſorio ipſo ſit exceptionem paritura. ❡ Adde in d. l. ſed ſi ante. vtrũq; videri petitorium, ſi enim primo petii viam, nihil aliud q̃ Ius eundi dicor petiiſſe, itaq; iuris quaſi dominium, ſi poſt peto fundum, ipſius tantum fundi dominium petere videor. arg. l. Recte dicimus. de verb. ſignific cui fundo viam deberi profitebar.

liatum eſſe permanſuram. vt dictum eſt
in fallen.2.dum reſpõſum eſt ad.§.fin.
ff. ꝙ metus cauſa. Sed vbi hoc nõ eſſet
clarificatum Regula noſtri.§. obſta-
ret. ideſt non inferendum eſſe de domi
nio ad poſſeſſionem. Propterea licitum
non ſibi fuit compellere quem ad dimit
tendam poſſeſſionem, vt facilius eumdẽ
(ingrediendo) ſpoliare valeret. facit ru
bric.C. ne quis in cauſa propria. Et id
quod infra dicam de voluntate coacta.
¶ Addo.l.interpoſitas. C. de tranſact.
vbi Bonus eſt textus. Et in auc.ſacramẽ
ta puberum.C.ſi aduerſus vẽdit. ibi per

vim autem vel iuſtum metũ. equiperan-
tur. ℭ ET hoc modo reſpondebo
ad Veron. in conſil. 19. ciuilium. dum
in poſſeſſorio recuperande vult cõpul-
ſiuam (vt eſt quando quis fideiuſſorem
de non recedendo a, loco dedit) ab ex-
35 pulſiua. Vel ſaluando eum dicas id nõ
proueniſſe ex Metu quod caderet in vi-
rum conſtantem. ℭ VLTIMO lo-
co fallentiam ſaluandam putarem, vbi
compellens ipſam poſſeſſionem non in
grederetur. Nã ſi Meticuloſus ante om
nia reintegrari vellet, contra Metum in
ferentem ſimulq; de ſuo dominio exci-
pientem, atq; poſſeſſorio adipiſcẽde in-
ſtantem, audiri (vt puto) non deberet.
Nota iſtum caſum. ac vide que in am-
pliat. 54. dicam. ℭ Poſtremo aduerto
ꝙ ſi Metu non ſimpliciter poſſeſſionẽ
a, ſe abdicaſſet vt noſtra fallentia ſe ha-
bet. Sed, iuri ſuo ſiue dominio renun-
ciaſſet, facerem differentiam inter pro-
fana & beneficialia vt dicã in fallen. 54.
ℭ Quia tamẽ dubium poſſet oriri, cur
in profanis relinquenti Metu poſſeſſio-
nem exceptio dicta non obſtet, tamen
obſit ei qui Metu renunciaſſet iuri vt
in eadem fallentia poſui, ſolutionẽ hãc
aſſignarem ꝙ renunciando quis aper-
tam voluntatem profert vnde tunc Re-
gula ſuccedit ꝙ coacta voluntas &c. Iũ-
cto quia natura Meticuloſi actus nõ eſt
vt pariat nullitatẽ vt in titulis ſuis. ff. &.
C. niſi ratione particulari fieret vt eſt in
beneficialibus propter periculum pec-
cati. ſed relinquendo poſſeſſionem non
eſt aperta voluntas. quo caſu regula di-
cta non ſuccedit & per hec cõcludo do-
minii exceptionem nihil obſtare. facit
in ſimili dictum id maius eſſe delictum
in committendo q̃ in omittẽdo. vt per
plura Alciatus. in. §. Cato. l. eandem de
verborum oblig. num. 4. ℭ Que autẽ
in hac fallen. dixi ante omnia reſtituen
dum. Intellexi ab eo qui Metum intule
rit. ab alio vero nõ. ſed ſolum per. c. re
integranda. ſi tñ in vitium nõ ſucceſſit.

IIII.

36 FALLIT in poſſeſſorio
tangente cauſam proprie-
tatis. per tex. in. §. quedã.
inſtit. de interdic. vt ẽ qua-
ſi poſſeſſorio iurium in-
corporalium. de qua. in. l. §. hoc autem
. ff. de itinere actuq; priuato. Et in. l. fin.
cum ibi notatis. ff. quemad. ſeruitus am
mittatur. Pro exemplo non alibi que-
ram q̃ in antiquis Rota. xi. deciſ. ℭ Sed
aduerto ꝙ in terminis. d. §. volebat refi
cere iter. quo hoc ãno nõ vi, minus clã
deſtine, vſus erat. prout in. l. iii. §. ait p̃-
tor. ff de itinere actuq; priuat. per vim
tamen a, domino fuit expulſus. Et petẽs
reintegrari ad eius refectionem non au-
ditur (hoc erit exemplum huius fallen-
tie) niſi de ſuo iure probet. Quod fieri
vix credam, quia expellens erat & domi
nus fundi atq; in preſumpta poſſeſſione
libertatis. Pro quo do illum ſimilẽ tex-
tum in. c. ad decimas. eodẽ. in. vi. Qua
de re dicere poſſumus ad. d. §. ꝙ mani-
feſtum erat expellentis ius, prout in. d.
c. expreſſum eſt. vnde illud ſolũ puto
quod operetur id quod alias dicitur, de
poſſeſſorio quod habet cãm proprieta-
tis admixtã, hoc eſt vt expediri nõ poſ-
ſit niſi cauſa proprietatis, vel quaſi pro-
bata. non autem aliud hoc eſt ꝙ ea pro
bata quis in terminis. d. §. nõ reintegre-
tur. Quinimmo & ea non probata re-
ſtituendus eſt. vbi ius expellentis non ſit
manifeſtum. ℭ Vel hoc modo conclu
de, ꝙ fallit ſi manifeſtum ſit ius expellẽ-
tis Nam tunc expulſus non ante omnia
reſtituẽdus eſt. cum prius oporteat pro
baſſe ius quaſi proprietatis. d. §. ſecus
vbi poſſeſſoriũ cauſam proprietatis ad-
mixtam non haberet. nam tunc & ſi ma
nifeſtum eſſet ius ſeu dominium expel-
lentis, nõ tamen impediet quin ante om
nia ſpoliatus reintegretur. exceptis be-
neficialibus & ſpiritualibus de quibus in
c. in literis. per Abbatem. num. 18. & ni-
ſi eaſdem partes (vt in prima fallen. di-
ximus) notoriatũ per ſententiã fuiſſet.

V.

Abbas.in.c.ex parte.num. 25. vbi etiã de reſtitutioñ mulieris quam animo cõtrahendi nuptias ea ſciente ac patiente cognouiſset. ¶ Que reſtitutio vltra alias reperitur priuilegiata, quia fiet etiã ꝙ coniuges ad inuicem ſe ſeparaſſent animo vt poſſeſſio inter ſe nulla eſſet. nam & ſi poſſeſſio ſolo animo perdatur.vt.in.l.ſi quis vi.in.§.differentia titulo noſtro,non tamen hec. quin ad inuicem vel ſaltim vnus alteram vel e,conuerſo repetere poſſit.ponit Abbas.in.c. literas.num.9.¶ REDEVNDO ad fortilicium itaq; caſum difficultatis.ob ſeruarem vt iudex ad ſe poſſeſſionem auocet vt ſic difficultates de quibus Curtius Iunior. in conſil.67.vol.19.ceſſet ſuper quo etiam aduerto ꝙ parum differre exiſtimarem an actor ſiue reus ſub potenti iudice ſint de quo Boerius in deciſ.138. cum melius ſit futuris vt ſupra ſcandalis obuiare. argumento. d.l.C. quando liceat &c.¶ Hec procedunt niſi qui vellet reintegrari, offerret idonee velle cauere de reſtituendo.ſi pro domi nii Rei conuenti iudicaretur. Abbas in c.veniens. ſecundo de teſtibus.quẽ Boerius in prefata deciſione.colum. penul. ¶ Item vt puto procedit niſi que de dominio excepiſset de ſpolio anteriori (quãuis & interuallo commiſſo) oſtendere incontinenti paratus eſset. & ꝙ ab hoc eodem ſpoliatus fuerat. hoc idem puto voluiſſe Alexandrinum in conſil.dicto. num.17.in verbis. ibi. Quia Claudius loquitur in eo qui ſpoliauit & nunquã fuerat ſpoliatus. & ibi anteceſſores ſpoliati quo caſu mihi videtur eſſe limitandam.regulam illam ꝙ vim propulſare tantum incontinenti licet. de qua in.l. vt vim.ff.de inſtit. & iur. cum ſimil. & vulgatur atq; opinionem Pauli de Caſtro ſequar & ſi non eſſet difficilis recuperationis. Videndus ſum in. fallen. 9. 23. & 49.

VI.

38 FALLIT vbi reſtitutio antequã ſuper dominii exceptioñ diſceptaretur,ſiue magno ſcãdalo fieri nequiret, Nam tunc non ante omnia fiet. Butrius in.c.ex parte. col. fin. eodem. Ripa hic fall.etia ſua 9.per Felyn. in.c.nihil cum ſcandalo.in 6.fall en.de preſcript.¶ In qua vt mitius Regula.d. l.ſi quis ad ſe fundum. offendatur. iuxta.l.precipimus.in fin. C. de appellat. Et ne ſpoliator ex delicto commodum reportet, ita dicã. ꝙ & ſi reſtitutio fienda nõ ſit vt ſcandalum euitetur vt dixi. tamen ꝙ neq; ſpoliator ipſe poſſeſſionis commodum ſit habiturus. ſed eandem iudex ad ſe auocare teneatur, niſi taliter eſset iudex impotẽs, quo caſu fallentiam obſeruare neceſſe eſſet. Puta vbi inter magnates & potentes ſcandali timor eẽt vt loquitur ſpecul.de cã poſſ. & propriet.in.§.primo.in verſic. illud.

VII.

39 FALLIT vbi ſpoliatus agens contra exceptionem dominii a, Reo propoſitam,non incontinenti replicaſſet. hoc eſt ſi ad aliquod quãuis minimum, pro exceptione iuſtificanda procedi conſenſiſſet. argumento.l.cum oſtendimus. ff.de fide iuſ.tutor.eo.n.caſu quãuis ſententia lata non ſit,quia lis pendeat, non erit locus Regule noſtre. Probatur in.c.primo.eodem.ibi. eo conſentiente. vt hic Ripa dicit.num.72.¶ Preiudicium ex eo oriri declaro quia (non replicãdo) cõſenſit exceptioni ipſius conuenti(quatenus probaretur) vt apud eum poſſeſſio collocanda ſit,ſiue firmanda. Iuxta Regulam.l.bonefidei.ff. depoſiti. ¶ Quod tamen limito in cauſa appellationis vt dicam in ampliat. 46. & etiã pro hoc vide fallen.proximam.

VIII.

40 FALLIT vbi contra ſpoliatum iuris preſumptio iugeret. non enim tunc ante omnia &c. c. ad decimas. de reſtit. ſpoliat. in. 6. Aduerſatur tamē Ripa hic ex ratioñ qa ſecundum hoc nūquam predo reſtitueretur, quod falſum eſt. per. l. primam. §. ſiue a, me. ff. de vi. & vi arm. Iſdem ſaluando reſpondet intelligi hic vbi nedum preſumptio ſpoliati iniuſtam poſſeſſionem oſtendat, ſed etiam iuſtificet illam ſpoliatoris vt loquitur d. c. ad decimas.

¶ Affirmo quia ſi illud eſt in præſumtioñ orta ex iure vniuerſali, vt ibi. eorum parrochia conſtitutis. fortius dicetur in proueniente ex iure particulari, quod eſt dominium. argumento Regule generi per ſpeciem in. lib. 6. cum quo. in dubio poſſeſſio coniungenda eſt. d. l. bonefidei. ¶ PRO Quorum declaratione primo poſſet opponi ꝙ ſecūdum hoc ſemper qui notorium dominiū allegat (cum dominium pariat preſumptionem vt ſupra) poſſeſſorio obſtaret. cōtra ea, que. ſupra i prima fallē. diximus, niſi exceptioni dominii conſenſiſſet vt ibi. Preterea vbi conſenſiſſet & ſuper dominio cognitum eſſet. noſtra fallentia non procederet. Nam (eo ſtante) cum poſſeſſorium reintegrande ſit ſemel per dominium excluſum, non amplius inchoari valeret obſtante re iudicata. per que videtur contra concluſionem abſolute dici poſſe. niſi eius reſtrictio fieret ad ſpiritualia vt loquitur. d. c. vel ſaltim ad ea duntaxat profana que in quaſi poſſeſſione alicuius iuris puta ſeruitutis in aliena re conſtitute, conſiſtunt. nam hec ſpiritualibus aſſimilantur. Si enim non patiaris me ire agere per fundum tuum ſeu ex eo ducere aquam prout hactenus conſueueram eo ipſo dicor a, te ſpoliari. vt in ampliat. 59. per glo. in c. vnico. de foro competen. in. 6. Propter quod reintegrari ſi poſtulem, per vtile interdictum vnde vi. vt dicā in ampliat. 33. Exceptio dominii per ſententiā obtenti quāuis non ad effectum excluſiuū poſſeſſionis, minus inter eaſdem partes notoriati, mihi obeſſet. ¶ Vnde cōcludamus hanc fallentiam verificari in omnibus poſſeſſionis habentibus cām proprietatis admixtam de quibus in. §. quedā inſtit. de interdic. & ſupra. in quarta fallen. & in 22. Ceterū cū ſit dñs tanto fortius obiicere poteſt quo ad te liberas edes habeo, vt loquitur Innoc. in. c. in literis. vbi Abbas. num. 9. per. l. loci. in. §. competit. ff. ſi ſeruit. vendic. Et ſic declaro mentem gloſe. in. d. c. ad decimas, ibi. Proprietas igitur pro Reo probata ipſum in poſſeſſioñ defendat.

¶ Ad regulam. l. extat. ff. ꝙ metus cauſa. Et rubr. C. ne quis in cauſa propria. Arguendo a, fortiori. Reſpondere rerū ſupradictarum ſiue iurium veram poſſeſſionem ſine titulo haberi non poſſe. vt in fallē. 12. & in 22. & dicemus per Abbatē in. c. ex tranſmiſſa. eodē. ꝙ nō tantum in ea factum inſpicitur quantū ius. Ideo non poſſeſſio ſimpliciter ſed quaſi poſſeſſio denominetur. Et concludenter ſi non poſſidebat minus dici potuit ſpoliatus. vulgata. l. decem. de verb. oblig poſuimus in declaratioñ Regule necnon in fallen. 16. Vltra induco textum. in. l. prima. §. cū q. ff. de vi & vi armat. vnde potius concludendum eſt ꝙ dominus illum non ſpolietur ſed libertatis iure ſuo vtatur neminiq; iniurietur. Argumēto. l. gracchus. ff. de adult. l. non videtur. ff. de Reg. iur. Ita contraria ceſſent. VIIII.

41 FALLIT vbi dominii exceptio per tertium non habentem cauſam a. ſpoliatore in mediū deduceretur. tunc enim nō ante omnia &c. Salyc. in. d. l. ſi quis ad ſe fundū. per. l. bonafides. ff. depoſiti Butrius Abbas & doctores in. c. in literis. eodem lapus in alleg. 25. Rota in nouis. 149. qa ratio militans contra violentum, nō operatur in tertium. d. l. bonafides, vbi Bar. Alex. & Ripa hic vltimo loco dicens ꝙ

vbi per tertium ad reſtitutionem impe-
diendam opponatur, tunc ſi id vtile etiã
eſſet ſpoliatori (puta ratiõ iuris conne
xi) fallentia non procedat. Alias ſic. ar-
gumento notatorũ in. l. 1. ff. de autor. p̃
ſtan. Et aliter loquitur ꝙ aut ſpoliũ ra-
tione communionis tertio prodeſt, ve-
ra non ſit. Ne violentis via paretur. con-
tra. l. conuenire. ff. de pact. dotal. aut nõ
prodeſt, & procedit. ¶ ADVERTO
ad primum quia non reſtituere eſt gau-
dere, vnde ſemper ſpoliatori prodeſſe vi
detur. Niſi vel dicas tertium non ſimpli-
citer de non reſtituendo inſtare, ſed ſibi
rõne ſui iuris eãdem cõſignari. Iuxta. l.
officiũ & l. qui reſtituere. ff. de rei vẽdic.
¶ Vel adipiſcẽde interdicto. vel pro ſua
ciuili tuẽda vti poſſidetis interdicto agat
ſi poſſeſſorii viã eligere velit. ¶ Quibus
caſibus exceptis reſtitutio nõ ĩpedietur.
Etiã ꝙ per viã attentatoꝝ petita nõ fuiſ-
ſet. de quo. Abbas. in. c. bone de appel-
lat. Quicq̃d Abbas in. c. veniens. de teſti
bus. vbi Felyn. & ambo in c. Itẽ cũ quis.
de reſtit. ſpoliat. alias eodẽ. ¶ Quorum
fundamentis per Ripam hic relatis hoc
ſolo verbo reſponde. ꝙ ex reſtitutione
Ablate poſſeſſionis nõ excluditur tertii
fauor. pro vt in. l. 2. C. de in ius vocã. ne-
que tertio p̃iudicatur. Dic niſi ex ipſa re-
ſtitutione durior aduerſarius eidem con
ſtitueretur iuxta. l. primam. C. ne liceat
potent. vt alibi dicit Abbas in. c. 1. eodẽ.
num. 6, in fine. quo etiam caſu vix audi-
tur tertius, cũ prima facie durior ſe oñ-
dat qui ſpoliauit. argumento. regule ſe-
mel malus. in 6. ¶ Et cõcludamus cum
fallẽia vbi durior &c. vt ſupra. Et vbi ter
tius cũ dñio ſuo &c. et vti poſſidetis aut
interdicto adipiſcende vtatur. ¶ Quibus
caſibus etiam ꝙ impedimentum reſtitu-
tionis contineret ſpoliantis vtilitatem
puta ratione iuris connexi (non tamen
principaliter) nihilominus fallentia ob
ſeruarem. argumento. c. ſacris. de ſepult.
Neq; aliter procedere puto opinionem
Cyni & Baldi. in. l. ſi quis. C. locati. Gui-
donis Pape in conſil. 176. Corſeti. de
poteſtate Regia in fallen. 71. Felyn. in.
c. primo de preſcript. Nec non Boerii
in deciſ. 238. quãuis indiſtincte loquan-
tur. ¶ Atq; iſtis in caſibus ſaluo opin.
Abbatis. in. d. c. in literis. in fine quam ſe
quitur Corſetus. in ſua fallen. 38. per
tex. in. l. ſi communem. ff. quemad. Ser-
uit. amit. & per. l. argẽtarius in. §. cogen
tur. ff. de edendo. Que iura (vt puto) pa
rum faciunt. ¶ Vnde pro ſecundo fal-
lentie exemplo tranſibo contra Ripam
in primo ſuo dicto. non autẽ in ſecundo
cum hoc vtriuſq; principaliter vtilitatẽ,
& ex communione prouenientem con-
tineat. Item & principaliter eque venit
quando tertius ſit ſucceſſor ſpoliatoris.
ad. §. cogentur. in. l. argentarius. ff. de e-
den. ¶ Quibus de communione minus
obſtabit, id quod Abbas vltimo loco
dixit. in. c. in literis. eodem. Arguens ne
propter malũ bonus puniatur. & quod
Corſetus vbi ſupra. Quoniam reſpon-
ſio ſit, illud locũ vendicare vbi clareſce-
ret poſſeſſionem penes ipſum tertium eſ
ſe permãſuram. hoc modo habetur in.
d. c. ſacris. ſed in terminis noſtris hec cer
titudo ceſſat, cum poſſibile ſit penes alte
rum q̃ dominum eſſe poſſeſſionem col-
locandam. argumento. noſtri. §. merito
&c. Quam tamen opinionem in fiſco. li-
mito infra. in fallen. 63. ¶ IN CASV
tamen opinor tertium de ſuo dominio
ſimpliciter excipientem impediturum re
ſtitutionem. Vbi puta incontinenti ſe
probaturum offerat ſe ab iſto (qui nunc
reintegrande poſſeſſorio agit) ſpoliatũ
ab eadẽ re extitiſſe. Nam tunc vt circui-
tus euitetur per. l. dominus. ff. de cõdit.
ob turp. cauſam. Vtq; lites dirimantur.
c. finem litibus de dolo & contum. Con
cludendum eſſe puto ne reſtitutio fiat.
¶ Et minus huic tertio q̃ fuerat primo
loco ſpoliatus, ſi & quando vltimus ſpo
liatus ſe eſſe dominum docere vellet, &
ſi non incontinenti offerat, ſed erit que-
ſtio dominiorũ. In qua potior qui erit
& poſſeſſionẽ obtinebit. per. d. l. bone-
fidei. ff. depoſ. ad quod facit ꝙ alias dic-

tur poſſeſſorium poſſe cōfortari & corroborari titulo tam ex parte ſpoliati ꝙ ſpoliantis. Zabbar. in conſil. 114. Decius in conſil. 57. Guido Pape in deciſ. 71. ¶ Pro qua mea concluſione Addo Caſſiador. in deciſ. 9. num. 12. dicentem ꝙ cauſa commiſſa in petitorio, videtur cōmiſſa in poſſeſſorio. quãuis non e, cō tra. per glo. ii. in. c. paſtoralis eodem.

¶ Sed ſi vltimus ſpolians de dominio ſuo non excepiſſet tertius primo loco ſpoliatus reſtituetur. per. c. reintegranda. vt communiter intelligitur. Non dicas per. d. l. ſi quis ad ſe fundum. cum ſimil. volentibus ꝙ ante omnia &c. Cum vltimuus ſpoliãs nullo modo cōtra prius ſpoliatum deliquiſſet quod delictum in. d. l. rationem facit. ad quod induco Rotam in nouiſ. 418. X.

42 FAllit vbi ſpoliantis exceptio talis eſſet, ꝗ neceſſario cōcludat ſpoliatū poſſidere non poſſe. Bal. hic. in. l. ii. C. de edict. diui Adrian. tollen. Angel. ibidem & hic Alex. exemplum vbi ſpoliatus beneficio vel alio iure ſpirituali diceretur laicus. q ſpiritualia poſſidere non poteſt. c. cãm. de p̄ſcript. ¶ Exceptis. decimis. de qbus bene francus in. c. ad decimas. eodẽ. in. 6. neq; de his niſi de titulo edoceret vt per Abbatem in. c. ex parte. eodẽ. num. 19. ſi modo ſuper his non autem ſuper ſolis fructibus ageret vt ſaluat ibidem Bal. de Bartolin. ¶ ALIVD exēplū erit vbi contra agentem ad reſtitutionem vxoris opponatur ꝙ ſacerdos ſit ſiue monachus. Abbas in. c. ex parte. col. finali eodem. Dicens exceptionẽ hanc eſſe anomalã & ad petitorium & poſſeſſorium opponi poſſe. dummodo notoria ſit. Ad quod Rota in antiquis. 570. & ad merita, nec nō ad proceſſum, vt ibidem. ¶ Qui ſeqtur ꝙ exceptio ſpecialis reſeruationis beneficii (ex quo reſeruatio apoſtolica inficit titulum & poſſeſſionẽ. c. ſi eo tempore. de elect. lib. 6. Rota in nouis. deciſ. 16. In antiquis deciſ. 7. per Innoc. in. c. vt noſtrū de appellat. num. 7. 56. 371. 475. lapus in allegat. 24.) et ꝙ ſpoliatus titulo colorato ſuam poſſeſſionem iuſtificaret (vt in iſtis beneficialibus & ſpiritualibus opus eſt. per Innoc. in. c. conſtitutus. de filiis presbyter. per Rotam in antiquis 678. Dicam in fallen. 21.) nihilominus impediet reſtitutionem. vt communiter hic dicunt. Quã opinionem Ripa hic defendit ab Aretino. Vide omnino Rotam. 474. & que dicam in fallen. 38. ¶ Addo ꝙ in beneficialibus poſſeſſorium dr̄ cauſam proprietatis habere admixtam. Geminianus in. c. ad decimas. Que mixtura id operatur vt in eis ſemper fallentia procedat. Etiam ſi minime exciperetur ꝙ laicus ſit, vnde in his fallentia inepta reddatur. ¶ In ſe tñ eſt vera, quãuis exempla ipſa parum couenire dicãtur. cum excipiendo ꝙ ſit laicus, vel monachus, non ſit illa dominii alteriusve iuris de quo diſceptatur, ſed inhabilitatis agẽdi. Que in quacunq; iudiciali petitione litis etiã ingreſſum impedit. vt illa tu es ſeruus. ad. l. ꝙ attinet. ff. de regul. iur. Que ſimili modo hic. ¶ Niſi nomine dñi poſſidens ſpoliaretur eodemq; nomine & is ſeruus in iudicio audiretur reintegrareturq;. Simili modo monachus. Dicit Abbas in. c. ex parte num. 21. eodem. vnde infero ad aliam fallen. ideſt. XI.

43 FAllit in ſpoliato excommunicato, qui ab agẽdo reiicitur. glo. in. c. primo. in verbo audiẽtiam 23. diſtinct. Abbas in. c. a, nobis. de except. Quiue nouum ius nunciare nō poteſt. Naq; demolitorium interdictum inchoare. ad hoc ē. c. intelleximus. de iudic. ¶ Quod de maiori non autem de minori excommunicatiõ intelligendum ē. doct. in. c. primo. de reſcript. in. 6. Et incontinenti probanda vt in fallen. 18. Dum nō conſtaret iniuſte fuiſſe excommunicatum ſiue ſuſpẽſum. Specul. de poſſeſſ. & petit. in. §. quoniam. in fallen. 21. ¶ Nam neq; procedit vbi

excommunicatus ageret vt ad communionem hominum (a, qua per excommunicationis ſententiam eiectus extitiſſet) reſtitui deberet.d. Antonius. in.c. cum inter in col.7.de except.Itē vbi ex‑municatus propter ſpoliū actus ſibi permiſſos exercere non impediretur Abbas in.d.c.intelleximus colum.3.¶ Neq; intelligi vt vbi ſpolians eſſet de fuga ſuſpectus, Abb.in.d.c.cum inter.colum.5. Quod notat hic Ripa pro extenſione textus in.l.ait pretor.in.§.ſi debitorem ff.de his que in fraudē credit.¶ Vel vbi ageret ad reſtitutionem vxoris Abbas in.c.finali colum.5.de ordiū cognit. & in.c.literis.vbi late.eodem. Quod limito in fallen.55. Verūtamen hec reſtitutio magis officio iudicis expeditur ſpecul.de poſſeſſ.& petit.§.quoniā.in verſ. quid ſi vir.¶ Vel niſi ageret pro reſtitutione tenute aduerſario conceſſe vigore primi decreti.Fely.in.d.c. intelleximus. col.ii.per Alex.in.l.de pupillo. in.§. ſi procurator.ff.de noui operis.¶ Neque hec fallentia procedit vbi excommunicatus ſpoliaretur lite pendente propter quod attentatorum remedio vti vellet. Rota in antiquis.deciſ.13.¶ EX HIS ad hereticum infertur qui nihil poſſidere poteſt.c.1.&.2.23.q.7. Abbas.in.d. c.ex parte.num.19.parum poſt principium numeri.Et in.c.itē cū quis num.5. cum ſequen.eodem. vbi de exceptionibus iſtis detrahentibus iuri agendi plura ſimilia ponit.Sed in hoc prefate declarationes minime conuenirent cum ex cōmunicato deteſtabilior ſit nec ad vxoris reſtitutionem admittetur.c. inter. de purgationū canon. c. quanto de diuort. ¶ INFERTVR Etiam ex iſtis ad alias doctorum fallentias quas ſub hanc vndecima comprehendam ideſt ad aſſaſſinos & ſimiles criminoſos. Qui ob crimina poſſeſſionū priuādi eſſent, habetur
44 in.d.c.item. ¶ Sic dicunt in Simoniaco ſpoliato.c.tanta.c.accuſatū. de ſimon. glo.in.c.primo. eodē titulo de Simon. Item in tiranno, fortius Antipapa ſpoliatis.hec enim crimina & alia (quorum quedam vel inhabilitēt perſonam ad iudiciū vel ad agendū ſiue ad poſſidendū) ipſo iure reſtitutionem impediunt. Secus vbi non ipſo iure. Sed per ſententiam ob crimen poſſeſſionū priuādus veniret. Innoc.in.c.inter dilectos. de ordiū cognit.Compoſtell.in.c.ꝙ ſicut. de elect. ¶ In aliis autem criminoſis non inhabilitatis ad poſſidendum, quantūcunq; crimina ipſa inficerēt proprietatem, & notoria ſint, exceptio talium criminum opposita per ſpoliatorem, reſtitutionem non impediret. In profanis. Secus vero in bñficialibus vt dicunt. Ita doc.¶ Sed Abbas contra per caſum in.c.inter dilectos.iūcta glo.de exceſ.prelatorum vbi Archidiac.& per textum indiſtincte loquentem.in.d.c.Item cum quis. Et per c.fin.de ordin.cognit.volens non differre a profanis. Atq; ſubdens tāto minus admittendam exceptionem vbi notoria non eſſent ſed tantum manifeſta.de quorum differentia ponit ibidem apoſtilla. ¶ Vbi et dicit ꝙ iudex ex officio extra illam inſtantiam (ſi eſt notorium facti permanentis, itaq; inficiari non poſſit neq; probatio aut ſolemnitas proceſſus requiratur.Iuxta. c. euidentia. de accuſat.cum ſimil.) reſtitutionem fieri non faciet. Cum incontinenti priuandus veniat, & circuitus euitādus eſt. vulg. l. dominus ff.de condit.& demonſtr. Itaque concludit hunc eſſe proprium caſum.c. ad petitionem.iuncta glo. ibi, reſtituendus. ff. de accuſat. ¶ ADVERTO dum Abbas vult non differre a profanis &c. Immo contrarium vbi peccatum, &c. vt dicam in ſequen. fallen. Exemplū vbi crimen occaſione talis poſſeſſionis beneficii committeretur, ſeu cum eiuſdē commoditate, non propterea per hec intelligas ꝙ ſpoliās ſit, poſſeſſionem retenturus. Dicam in fallen. 16. in verſic. accedat &c nam reſtitutio cum peccato fienda non eſt.c.literas. eodem. Et ideo dicit Abbas in. d. c. Item cum quis. num.x.ꝙ quāuis exceptio non ſit noto‑

ria neq; manifeſta conſequenter nõ admittẽda, & ſi famoſa ſit, tamẽ ſi talis eẽt que ipſo facto beneficii priuationem induceret, atq; Reus excipiens vellet eam incontinenti probare iuſq; ſibi competere, ex iudicis officio amittetur.

¶ ET procedunt hec in iudice eccleſiaſtico, cuius & non alterius peccatorum iuriſditio eſt. c. nouit. de iudic. Laicus enim iudex peccati rationem non attendit. Sed illam Abbatis. in. d. c. Item. dicẽtis ꝙ quantumcunque ſit crimen verum & notorium, reſtitutionem minus impediat. Nam aduerſarius remanet in ſuo iure. Cum exceptio non priuatiuum ſed ſolum expulſiuum effectum operetur. vt probatur in. c. ii. de ordine cognit. facit quod Abbas. in. c. literis. eodem num. xi.

XII.

45 FAllit vbi ſi reſtitutio fieret, reſultaret peccatum. propter ꝙ Abbas in. c. in literis. eodem. num. 28. dicit ꝙ quanuis exceptio ſolum concernens defectum proprietatis in̄ beneficialibus notoria non ſit, minus incontinenti probari offeratur, nihilominus eſſet (reintegrari quem ante omnia) impeditura. Ex ratione quia ſi vera eſt reſtitutio non fieret abſq; peccato nam daretur vitioſus ingreſſus. contra. c. dudum. ii. de elect. ¶ Redeundo ad fallentiam & exemplum ſi ſpoliatus agat ad reſtitutionem vxoris excipientis de' conſanguinitate vel affinitate. c. literas vbi glo. & c. 1. eodem. ¶ Quod procedit in gradu prohibito iure diuino vbi Papa diſpenſare non valet. Secus poſitiuo vt hic Ripa. Subdẽs ꝙ alia ratione tunc exceptio obſtaret, quia cauſa matrimonii habet cauſam proprietatis admixtam. l. 1. ff. de liber. homine exhib. Vnde antequam reſtituatur titulum matrimonii (ſi id negaretur) probare habet. ¶ Pulchrior vr̄ illa quam ponit Abbas in. c. ex tranſmiſſa. ꝙ poſſeſſio perſone libere ſine titulo haberi non poſſit. An autem & carnalem copulam probari ſit opus remitto me ad eundẽ. in. c. ex parte. & ad Felyn. in. c. cauſam. vltimo de probat. Subdentes in dictis locis ꝙ qñq; titulo & copula probatis, plures exceptiones contra agentem ad reſtitutionẽ vxoris proponuntur de quibus in fallen. 52. Quia tamẽ in cauſa matrimonii ſpeciali ratione procedunt, neq; reſpiciunt impedimẽtum generalis noſtre concluſionis habẽtis ſe ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituẽdum. Remitto ad. c. literas. eodem. c. ſignificaſti de diuort. ¶ SED vnum non pretermittam ꝙ vbi exciperet vt in dictis exemplis dixi, neceſſe non haberet probare ꝙ incontinẽti &c. nam & ſi non incontinenti, tamen impedit. Attento ꝙ cauſam proprietatis habet admixtam. Vnde ſpoliationem probaſſe non ſufficiet. vt in fallen. 22. Secus vbi non admixtam &c. nam excipiens de peccato incontinenti probare habet. hoc modo reſtringho ea que Corſettus. in ſua fallent. 36.

XIII.

46 FAllit in ſpoliato in Bello qui poſt initam pacem inter Duces belli reintegrari ſeu reſtitui peteret. Proprietatis enim exceptio tũc obſtaret. vt Bald. in titulo. de pace conſtantie. Aretin. hic Ripa. ſi notorie de pace conſtet.

XIIII.

47 FAllit vbi reintegrande conuentus exciperet profitẽdo dominium ſibi poſt ſpoliũ fuiſſe queſitum. Puta renunciatione actoris vel negligẽtia. vt per glo. magn. in. c. ſuper hoc. de renunciat. Alex. in conſil. 259. colũ. 3. in 2. vol. Arguendo per. l. ii. ff. quod metus cauſa. ¶ Sed cõtrarius videtur text. in. c. ſollicite. eodem. ibi quia non eſt veriſſimile ꝙ ſpoliatus iuri ſuo renunciet. Socin. in. l. rem que nobis. in ſiue. 9. queſtionis reſpondet, ꝙ ibi loquitur in beneficialibus aduerto ꝙ in beneficialibus loquitur. d. c. ſuper hoc. in principio. Qua de re melius dici poſſe puto. per glo. magnam. circa med. in. d. c. ii.

dum vult ꝙ in terminis illius textus nõ petebatur reintegrari neq; profitebatur ſe ſpoliatum, ſed ſimpliciter beneficium poſtulabat, aliter dicam infra. ¶ Non obſtat Soc. ꝙ per renunciationem ſeu ceſſionem iuris ſpoliati fit notoriũ ius ſpoliantis, quoniam hoc tantum verifi caretur vbi puta per inſtrumentum habens paratam exequutionem iuſtificaretur, alias notorium non eſſet, vt Peruſini dicũt hic. Et Corſettus in ſua fallen. 35. Clarius ponam. in. 64. Tunc enim ſpolii vitium purgatum eſſe dicendum eſt. Ex quo tunc poſſeſſionis cauſa conuenti proprietate abſorbetur. vt per Abbatẽ. in. d. c. Nam per renunciationem quis rem pro derelicto habere videtur, non dico poſſeſſionem quam illo tempore non habebat quo iam fuerat ſpoliatus. Minus igitur ius recuperande argumento. l. qui actionẽ. ff. de regul. iur. ¶ QVE Noſtra concluſio tanto fortius in beneficialibus procedit, quanto ꝙ in his (abſq; ſaltim colorato titulo) ſpoliatus non reintegretur. vt in fallen. 38. Niſi ſpolium violentum eſſet. vt in. 16. & in. 22. Necnon in ampliat. 12. dixi. Nam tunc & ſi renunciatio ſequatur, non tamen impedit (vt credam) quin ante omnia reſtitutio fiat. Motus ſum ex violentia precedenti vt Meticuloſe renunciatum debeat cenſeri. Do textum in. d. c. ſollicite. Cui talem reſponſionem aſſigno. ¶ IDEO etiam in iſtis terminis Dico. ꝙ ſi poſſeſſoriũ haberet cauſam proprietatis admixtã, ſpoliatus agens nõ haberet probare mixturam. de qua in. 4. fallen. dictum eſt, nam ſpolians acceptando renunciationem faſſus eſt ius proprietatis ſpoliati. arg. l. decẽ. de verb. oblig. Maxim in ſui odium ſpoliãtis. ¶ REDEVNDO intelligo hoc & predicta vbi facto ſpoliati proprietas (vt hic) ſuperueniſſet quod etiam verificatur vbi ſententia inter eaſdem partes lata eſſet vt in prima fallentia relatum eſt. Ad quod vide Caſſiador. in deciſ. prima. de reſtit. ſpoliat. num. 61. Item non intelligo hec in Eccleſiaſticis, vbi metus vt ſupra vel aliqua vis in renunciatione interueniſſet. tunc & ſi non perſonalis violentia ſeu expulſio interueniſſet, & ſi alias metus nullitatem non operetur, vt in toto titulo. ff. ꝙ metus cauſa. Nihilominus iſto caſu nullitatem operari dicam ac ſi renũciatio eſſet nulla. Moueor quia ceſſat omnis purgatio ſpoliantis. Item quia ſe fouens in actu Meticuloſo eſt in peccato propter quod Canonica iura reſiſtunt. vt in vulg. vide Rotam in nouis: 55. & quinta fallen. 12. ¶ Quid autem ſit vbi poſt renunciationem adhuc qui renunciauit poſſideret & a, tertia perſona ſpoliaretur, an reſtitutio ſibi fiat, ſi tertius ipſe de renunciatione obiiceret. Dicam. in. ampliat. 14. vide in fallentia quinta. circa finem. Atq; melius in ampliat. xi. Ex quibus patet ꝙ hec impropria fallentia eſt. XV.

48 FAllit vbi adminiſtratorio nomine quis reintegrande ageret. puta prelatus eccleſie nomine. Tutor pupilli. nõ enim prius reſtituentur q̃ ſi titulũ (hoc eſt ſe eſſe tales) oſtenderent. ſi tamen ex aduerſo inficiatum ſit. Bal. Alex. & communiter hic. ¶ Sed Socin. in. l. rem que nobis. in. iii. col. cõtrariatur, dicens ꝙ quantũcũq; notorie conſtaret de non iure primi poſſeſſoris non tamen abſq; iuris ordine q̃s eſt poſſeſſionẽ priuandus. c. licet Epiſcopus. de preben. in. vi. Quem Claudius hic ſequitur per textũ. in. c. cũ ſuper. de cã poſſeſ. & propriet. vbi ſubdiaconus nõ obſtãte ꝙ minus iuſtũ titulũ habuiſſet quod & iudici liqueret, ad poſſeſſionẽ Eccleſie ſancti Sepulchri reintegratur. ¶ Cũ q̃bus quieſcã ſi adminiſtrator ipſe ſpoliatus extitiſſet. Moueor ex rationẽ Socini: ſic intelligo d. c. Cũ ſup. Si vero nõ ipſe eccleſia ſpoliata fuiſſet a, cõi opin. nõ deuiarẽ. niſi in Cardinalibus q̃ titulũ iuſtificarẽ nõ tenẽtur. vt p Deciũ i cõſil. 157: poſt Petrum de Peruſio. XVI.

49 Fallit ſi per Actoris confeſſionem vel per probationes in iudicio admiſſas iudici liqueret poſſeſſionem non eſſe reſtituendam. c. ſignificaſti.de diuort.vbi Innoc.Rota. 385.Alex.hic & recentiores. per. c. ad decimas.eodem.in.vi.& canon.in.c.cõſtitutus. de filiis presbyt. facit Rota in nouiſ. 55. vbi dr̃ quod ad inſtantiam illius de cuius non iure clare conſtat attentata.lite pendente.non ſunt reuocãda ſicut in interdicto vnde vi cum etiam appareat ꝙ ſua nõ intereſt ſecus in profanis.Rota in antiquis deciſ. 7. & 624. per Dinum in regula qui ad agendũ in. lib.vi. ¶ Cum reuerẽtia patrum ſum alterius voti. ꝙ immo idem nec diuerſum ſit in profanis. Moueor per vnum verbum Antonii de Butrio dicentis in. c. in literis.num. 24.in.iii.col.prope finẽ verum eſſe predonem ante omnia reſtituendum,niſi euidenter conſtaret eum eſſe predonem vel iniuſtum poſſeſſorẽ. Et aliter glo.loquitur ibidem dicens niſi ſit talis predo cuius vite nemo parcere debet. Mihi ſufficiat id quod Butriu: dummodo iudici vt iudici conſtet ꝗuis in cauſa diuerſa.pro quo facit. Ianfrẽdus.in libello ſuo deciſ. 408. Intelligo iniuſtum ſimilẽ predoni (hoc eſt illum. de quo in.l.fin.C.vnde vi.ibi.vt predonem intelligi) non quẽlibet nõ iure poſſidentem. ¶ Ad.l.ſi quis ad ſe fundum. cum ſimil. Reſponderem ne in iſto caſu loquantur. Pondero verba.d.legis ibi. Si crimen non potuerit comprobare. Preſupponit igitur diuerſam deciſionẽ vbi crimẽ comprobatum eſſet. vt ſic nõ ante omnia primo ſpoliatori reſtitutio fiat. ¶ Ad.l.primã.in.§.qui a, me.ff.de vi & vi armat.& ad.§.recuperande.inſtit.de interdic.ibi.licet is a,me &c.non diuerſo modo dicam quam intelligendo in terminis quibus id dicatur,& allegetur. non autem ſi euidenter cõſtaret &c.nam tunc Butrium ſequor. ¶ Huic interpretationi Addo gloſam magnam in.d.l.ſi quis. Circa medium.dum exponit.verbum intulit.hoc eſt dicitur intuliſſe. Et dum dixerunt in profanis aduerto tanto magis in beneficialibus dici deberet,quanto ꝙ in his ſpoliantes ſunt odioſiores.vt dicam in fallen. 14. argumento.c. eum qui. in verbo eo ipſo de preben.in.vi. Itaq; facilius in his reſtitutio fienda eſſet. Et nihilominus non fit vt in.d.Rota.Minus igitur hic fieri dicetur. ¶ Huic vltimo parum obſtare puto generalitatẽ.d. Rote in antiquis deciſ. 7.& 624.per quam reſtituendum videtur quãuis notorie conſtaret eum eſſe predonem. Quia reſpondendo faciã vnum, & PRIMVM Caput ne loquatur.in notorie attẽtatis cum violentia ſeu expulſione.nam tunc puto notorium non ius petentis reſtitutionem,eſſe parum attendendum induco textum in.d.l.ſi quis ad ſe fundum.in verbo intulit non impropriando. Importat.n. notorietatem & nihilominus indiſtincte ſpoliatus reſtituitur. ¶ Quod tamẽ limito niſi ſpoliatus ſuum ſpoliatorem prius eodem modo ſpoliaſſet,motus ſũ ex illo textu.ibi ſi crimen violentie non potuerit comprobare vnde diſponit in caſu dubio. Atq; aliud aperte vult videlicet ne ante omnia ſpolians reſtituere teneatur ſpoliato cuius ſpoliati crimen (hoc eſt alterius primi ſpolii.a,ſe commiſſi) eſſet comprobatum ſeu notoriatum. ¶ ITEM Moueor quia notorietas violentie prime cum inſtantia ſeu petitione reſtitutionis per quam in prima violentia ſe foueri petit. Contra.l. meminerint.C.vnde vi.iuncto quia Iudex quẽ in delicto auctorizare non debet.vt per Rotam in ãtiquis.deciſ. 347. (nõ obſtante ꝙ ſecũdus ſpolians quando primo loco fuit ſpoliatus, remediũ, d.l.prime,neglexiſſet) operari dicendũ eſt impedimentum fiende reſtitutionis. Argumẽto.l. continuus. in.§.cum ita. de verb. oblig. Sic ſaluo Innoc.in.d.c. in.literis. ¶ Nec obſtat ibidem Abbas contra Innocentium ꝙ ſi tex.ibidẽ non intelligeretur

intelligeretur de eo quem conſtet eſſe ꝑ-
donem vana fieret illa ibidem argumen
tatio, quoniam aliter (vt puto) argumē
tatio ibidem ſe habet. hoc eſt quia ſpo-
lians non auditur dicens eum eſſe ꝑdo-
nem quominus reſtituere teneatur mi-
nus debet audiri dicens non fuiſſe cano
nice inſtitutum. ¶ Addo predictis Ro-
tam in nouis. 393. in fine. Quam ſequi-
tur Francus in beneficialibus in. c. ad de
cimas. in fine, nam ibi Reus conuentus
recuperande excipiendo dicebat de no-
rio non iure actoris expulſi, tamen non
auditur attento notorio non iure ſuo.
de quo vt ibi replicaretur Et vide ratio
nes in rota prefata. In quo etiam illud
addendum puto ꝙ notorietas (ne fiat
ad differendum) incontinenti proban-
da ē. vt Abbas in. c. in literis. num. 30.
¶ VLTRA induco & vrget quod
poſuit Innoc. i. c. ſignificaſti. de diuort.
de notorio adulterio viri & de notorio
vxoris atq; vt clarius procedamus exē-
plum erit. Sū a, te ſpoliatus ſiue eiectus.
& peto reſtitui. excipis de notorio non
iure meo probando per confeſſionem
vel alias vt in principio huius fallen. Si
replicarem ꝙ notorie cōſtat me eiectū
a, te fuiſſe. Poteris triplicare de anterio
re eiectione qua te ſpoliarim. adeo ꝙ re
ſtitutio impedietur. dēpta triplicationē
ante omnia fiet. Etiam (vt putem) in be
neficialibus. dummodo color tituli ob
ſeruetur prout in. fallen. 22. quod ē in
odium violētie, per quam ius quod ſpo
lians ex confeſſione ſpoliati acquiſierat,
amiſit vigore. d. l. ſi quis in tantam. C.
vnde vi. vt communiter intelligitur nō
reſtringendo ad litis pendentiam, itaq;
remaneret color ſpoliati. ¶ SED ob-
ſtat quia ſi triplicatio admiſſa eſſet, vlti-
mum ſpolium factum per reum conuen
tum nunus purgaretur. contra vulga-
res regulas habentes ſe vltimum ſpoliū
debere purgari. vt per doct. in. d. c. in
literis arguendo de. l. cum fundus. & . l.
colonus. ff. de vi & vi arm. primo dicā
ꝙ quāuis ſit purghandum tamen ꝙ nō
ſit iſto modo purgandum hoc eſt ad in
ſtātiam illius de cuius malo iure in poſ
ſeſſionē conſtet argumento. poſitorum.
in. d. Rota. dum loquitur indiſtincte.
¶ Item quāuis purgandum ſit, ꝙ an-
te omnia ſit reſtituēdus. cum per domi-
ii probationem remanſerit purgatum.
¶ Vel tertio moueor. quia odii ratio
maior eſt in primo. ſpoliatore. Atten-
to ꝙ expulſio cum notorio nō iure ſuo
aſſociata erat. Quia (puta) conſtabat
rem aduerſarii eſſe. Vnde puto hūc eſſe
etiam predonem vel iniuſtum poſſeſſo
rem de quo Antonius de Butrio. diffe-
rentem ab eo cuius vite nemo parcere
debet. Itaq; vides quomodo aliter intel
ligo predonem ꝗ Butrius in. d. c. in lite
ris. Intellexiſſet. num. 7. in fine. dum al
legat. l. primā. in. §. qui vi a, me. ff. de vi
& vi arm. Et finaliter ſic intelligo Re-
gulam. de vltimo ſpolio purgando.
¶ Et infero ad tollendam diſcordiam
ſcribentium ꝙ intelligendo predonem
vt hic loquutus ſum, predo eiectus ab
aſſerente ſe dominum reſtituendus ante
omnia non ſit. Immo Innocentii & Bu
trii opinio verificetur. de qua in apoſtil
la ad Abbatem in. d. c. in literis. num. 9.
¶ Sed intelligendo predonem vt ibidē
intellexit Abbas hoc eſt de cuius nō iu-
re non notorie conſtabat, eius opinio
procedit videlicet eum ab expulſo a, ſe
poſtmodum expulſum ante omnia eſſe
reſtituendum. non eum reſpiciendo vt
predonem ſed vt ſpoliatum vt alias di-
xit Paulus de Eliazariis. in. d. c. col. 3.
¶ Alter & tertius predo ē vite cuius nō
eſt parcendū qui a, quocunq; ſpolietur
ēt ſe dn̄m non pretendente minime re-
ſtituetur vt in. xi. fallen. dixeram.

VEnio ad ſecūdum princi
pale caput. aut nō attēta
uit minus taliter eiecit ꝙ
notoria violētia dicatur.
tūc in beneficialibus rein
tegrande agēti notorius defectus ſui iu-
ris obſtabit. Ex ratione quia de iure ſi-
ne tituli colore non poſſidentur. d. c.

conſtitutus.de filiis presbyt.cum ſimil. in.8.fallen.dictis. Qui notorius eſt vbi ex titulo ſua poſſeſſio nõ coloraretur. vt in fallen. 22. ſi igitur non poſſidebat ſpoliatus minime dicetur. vulg.decem. de verb.oblig.hoc modo argumẽtum, dictum ſupra ꝙ in eis violentia eſt odioſior, ceſſat. Quod intelligo procedere quãuis ipſe ſpolians in ſuo iure deficeret puta ꝙ nõ fuerit inſtitutus, vel aliter vt iam dictum eſt. Moueor quia in pari cã melior eſt poſſidentis vt alias Abbas in c.ſepe num.x.eodem.Neq; audietur volens reſtitui vt alteri facultatem habeat reſtituendi vt intra dicam in profanis.

Quia (vt.D. Antonius dicit) hoc nõ pertinet ad ſe, ſed ad verum Eccleſie Rectorem qui celeriter animarum periculo ſit obuiaturus. Sic Abbas in.d.c.in literis num.xi. ¶ ET nihilominus iſto caſu iudicis officiũ erit prouidere ne (ſpolio probato) ſpoliantem poſſidere ſinat. Argumẽto.c.beneficium.in lib.vi. Immo ſequeſtrari iubebit. ad titulum. de ſequeſtr.poſſeſſ.& fruct & per Franchũ in.d.c.bone.de appell.in.vi. Quod etiam nota in caſu poſito ad primũ caput. ¶ Secus vero erit in profanis in his enim notorius iuris defectus obſtare nõ debebit cum poſſeſſionis titulũ quis in iis oſtendere non teneatur.l.cogi.ff.de petit.heredit.2.q.v. ¶ HOC modo neq; aliter procedere poſſe puto rotã in antiq̃s.deciſ.7.& 624.p.l.primã.ff.de vi & vi arm.& que. per Dynũ in regula q ad agendũ. Quia tamen hec iura loquuntur omnia in vi expulſiua ampliemus ea ad non expulſiuam & erit.

TErtium Caput per. l.primã. C.ſi per vim vel alio modo & per.c.reintegrãda.iii.q.prima. vt magis communiter intelligitur, & ſi aliter opinatus ſum in fallen.2.forſitan cũ ſupportatione verius. ¶ Et dicamus idem eſſe in profanis quãuis non violenter ſpoliaſſet, vt ſic minus de notorio non iure agentis excipere poſſit. Dummodo tale non ius illud ſit quod minus iuſtificet illud ius excipientis. de quo in principio fallentie.8. Sed in beneficialibus dic vt in fallen. 22.in fine.

¶ Huic dicto de profanis, minus obſtabit, ꝙ ſi reſtitueretur inde fieret abſurdum vt notorie ius nõ habens fructibus gauderet. Itaq; incideret in peccatum. Propter quod euitandum onus iudicis erit inhibere ne peccet eſt tex. cum glo. in.c.ad audientiam de ſponſal.vnde per hec reſtitutionem denegare.vt in addit. Rote in nouis.55.p Ioh.an. ad ſpecul. in rubr.eodem.tit. noſtro. per Abbat. in.c.in literis.num. 29. Que ratio pariter in profanis viget cum agatur de peccato.habetur p Canon.in.c.1. de nou. operis nunc. ¶ Quoniam reſponderi poſſe puto ꝙ ſtante hac ratione, Maius ſcandalum & peccatum oriretur. Cum quis inſpiciendo aduerſarium notorio non iure poſſidere inuitaretur vt eum (etiam violenter) expelleret contra.c. nihil cum ſcandalo.de preſcript.bonus eſt textus in.d.l.meminerint. Sed quia de pluribus malis maius euitandum eſt. l.abſentem.ff.de penis.cum ſimil.(non obſtante ꝙ cum peccato fructus ſit percepturus) reintegrabitur a iudice tamẽ laico.qui de peccato nequaquam ius dicit. Sed illam duntaxat rationem reſpicit videlicet quia poteſt dicere quo ad te liberas edes habeo.vt in.l.loci.§.cõpetit.ff.ſi ſeruitus vendic.glo.in.c.1.de preſcript.in.vi.Abbas in.d.c. in literis. in num.x. ¶ Demum illa facta eccleſiaſticus iudex inibebit vt a peccato deſiſtat. Neq; aliter mihi verba poſita in addit.ad prefatam rotam. 55. ſatisfacere poſſent. ¶ Stant enim iſta ſimul vt reſtitui petat neq; ipſe fructus percipere velit. Sed principaliter inſtet vt iniuria ſibi ſatisfactum ſit.quia tamẽ hec nõ procedit in ſpolio non violento. Vel clarius dicamus vt ipſe rem eandem alteri ſit reſtituturus.vt dixit Abbas.num.9.vbi ẽt. Paul. de Eliazar.arg.l.1.in.§.ſi ꝑdo.ff.depoſiti. Quod reſtituere minus

preſumendum eſt in nõ ſpoliante de cuius notorio non iure conſtat quicquid Abbas.ad.d.num.9 ibi quantũcũq; cõſtet &c. contra quem do Regulam vulgarem.in regul.ſemel malus.in.vi. vnde tantiſper expectandus eſt vt a,peccato deſiſtere velit. Et conſequenter concludamus ꝙ vbi notorium non ius agentis cognoſcatur per notorium ius ſpoliati ibidem ſpolians excipere valeat quia hec ratio ceſſaret. Niſi violenter ſpoliaſſet nam tunc attenderetur iniuria de qua ſupra. XVII.

50 Fallit vbi exceptio ſpoliãtis talis eſſet que concluderet abſq; vlla probatione. ol trad.in conſil. 224. incip. ſuper iure & 274. Qui vlterius ſequitur Bal. in.l.penul.C.de cõpenſa.in vltima.col.vt quia ſufficiat allegare. Do exemplum ſi actor iam iudicialiter confeſſus ſit dominium eſſe rei conuenti, vt in prima fallen. dictum ſupra fuit. hec igitur fallentia nil operatur niſi quãdã gñalitatẽ cũ plura negocia ſint ꝙ vocabula rerum. XVIII.

51 Fallit vbi nomine Eccleſie exceptio dominii incontinenti probãdi in medium deduceretur. Bal. & Alex. hic ita intelligentes glo.in l.ſi de vi.C.de iudic. Quod Ripa extendit ad Ciuitatem arg.l.fin.C. de ſacroſanc.Eccleſ. ¶ Sed aduerto hoc eſſe cõtra generalitatem.d.c.1.eodem.vbi patet ꝙ ſi ſpoliatus nõ cõſenſiſſet prelatus in ipſo petitorio minus audiretur.vt ẽt dicit Corſettus in fallent. 37. Et eſſet cõtra textum in.c.antiquitus.ii.q.iii. Vlterius non inueni Eccleſiam in hoc priuilegiatam ergo &c. argumento.l.ius ſingulare.ff.de legibus. Eam nihilominus tenerem in ſolo caſu quo per inſtrumẽtum publicum Eccleſie dominium incontinenti pateat argumento, textus in l.iii.C.ſi minor ſe maior.dixerit. ¶ Sed in ratione fallentie ſequor Alexãdrum quia prelatus ipſe ſpolians non facit incidere Eccleſiam in penam. l. ſi quis in tantam.C.vnde vi. Vnde ſuccedit vt dicunt quod poſuit Bal.in.l.fin.C.de cõpenſ.& Ang.hic ꝙ vbi quis non incidit in dictam penam poteſt excipere de ſuo dominio quãuis minime notoriato. Exempla dat hic Alex. ¶ Generalitas iſtius dicti mihi nullatenus placuit. Nã intelligo illam legem in ſpolio facto pendente iudicio.vt dixeram in fallen. prima.non ſic ſe reſtringit. d. l. ſi quis ad ſe fundum. Item ſi dictum ſtaret via ſpoliis committendis aperiretur cõtra l.conuenire.C.de pactis dotal.cũ vulg. Vlterius in.l.ſi quis in tantam punitur ſpoliãs in amiſſiõ dominii ratiõ tantum occupationis ipſius rei non autem propter vim perſonalem. Vnde eodem modo punitur hoc eſt ipſam rem amittit. Sed in.l.ſi quis ad ſe fundum violentia eſt perſonalis, vnde perſona punitur. Ne ſuper iure ſuo audiatur a,iudiceq; repellatur, vbi pars id obieciſſet.eodem modo puto dicendum eſſe hic. Ne prelatus audiri mereatur. Neq; ſibi via detur ſub vmbra aſſerti dominii Eccleſie alteri vim inferre. Quod vltimũ ceſſat vbi cum inſtrumento dominium oſtendat iuncto quia non eſt quid ſit Eccleſie imputandum. Nam quãuis prelatus iſdem ſit qui inſtrumẽtum inducat, quiue ſpoliarit, nihilominus vt ipſa Eccleſia itaq; vt perſona tertia comparere videtur. Per ea que in 8.fallentia protulimus. ¶ HOC modo fallentiam hac reſtringo nec non ad argumentum cõcludo ꝙ valeret in caſu affirmatiuo. dicendo vbi procedit.l.ſi quis in tãtam ibidem.l.ſi quis ad ſe fundum. Non autem negatiue vt loquimur reſpectu reintegrationis ante omnia fiende. Maior enim odii ratio videtur ineſſe in.d.l. ſi quis ad ſe fundũ. quia odioſior eſt violentia perſone ꝙ in ipſa re de qua.l.ſi q in tantam. argumento.§.primi. inſtit. de iur. perſon.quãuis.d.l.habeat principium magis auſterum.ibi furoris audacia verum ꝙ prout ipſam.l.intellexi.cõ

ſideratur illud ſpernere iudicem,dũ ſpo
liauit iudicio pendente. ¶ Vnde finali-
ter quia ſecundum hoc Argumentum,
Alexandri minus concluderet in ſpo-
lio ante iudicium itaq; non eſt genera-
lis mihi non ſatisfacit. fallentiam tamẽ
vt ſupra ſequor. ¶ Ad argumentũ Cor
ſetti reſponderem ꝙ textus in.d.c.p̊.nõ
ſe fundat in conſenſu Prelati non enim
dicit quia conſenſit ſed quia obtulit ſe
probaturum. Dictio quia eſt redditiua
rationis & cauſe dicit Bar.in.l.demon-
ſtratio.iii.§.quod autem.ff. de condit.
& demonſtr.col. 3. & refertur ad verba
ſe probaturum. Sed verba ibi conſen-
tiente Philaſio proferuntur incidenter
tanquam denotantia factum & maiorẽ
deciſionis rationem. ¶ Qua de re.non
inepte diceretur ſubaudiri debere dictio
nem. Maxime,iuxta verba ibi conſen-
tiente Philaſio,& puto hoc eſſe neceſſe.
cum in Eccleſia omnis ratio excludens
dominii exceptionẽ (de qua ſupra) ceſ-
ſare videtur. ¶ Aduerto ſecundum hoc
fallẽtia procederet vbi tutor pupilli no
mine conuentus,exciperet de dominio
pupilli. Cum eidem pupillo ratio nul-
la predictarum legum conuenire videa
tur.neq; imputari quid ſibi poſſet. Item
vt tertia perſona. de qua ſupra. foue-
ri deberet a, regula dolo facit. Nihilo-
minus contrarium firmo. quoniam res
pupillorum non ſunt vt hec publici iu-
ris habetur in fallen. 22. In iſtis enim
publica vtilitas preualet vt in vulgar.
¶ Niſi pupilli eẽnt pauperiores in iſtis
enim,idem quod in Eccleſia ſeruarem.
per ea q̃ Bald.in.l.penul.in.§.fin. in 3.
col.C.ad trebell.generaliter de paupe-
ribus dicit. Et Bertacchinus in verbo
pauperes.in verſic. 35.dũ põderat gl.in
l. fin.C.de ſacroſanc.Eccleſ. XIX.

52 FAllit. vbi agenti iudicio re
integrãde,oponeretur ex-
ceptio alterius ſpolii. c.
fin.de ordiñ cognit.quod
dic vt in 24.ampliat. in fi
ne. Idem eſt ſi per modum exceptionis
cauſa reintegrande opponeretur cõtra
eum qui agere petitorio cepiſſet. vt ibi-
dem & in glo.magna. Quia licet ſuper
exceptione ante omnia cognoſcendum
ſit,non tamen iſto caſu excipiens ante
omnia reſtituetur. Nã (vt dicunt) ex-
ceptio non parum operatur,dum actio
nem impedit.c.cum dilectus.de ordine
cognit. Quando autem de ſpolio ſim-
pliciter excipiendum ſit vel ſimul reſti-
tutio petenda,declarat glo.in.c.antiq-
tus.iii.q.ii. ¶ ET Aduerto ꝙ ſpolii ex-
ceptio alias omnes priuilegiatas tollit
vt actionem depoſiti atq; alias paratam
exceptionem habentes niſi pro eorum
obſeruantia iuratum extitiſſet vt dicũt.
Butrius & Abbas in.d.c. cum dilectus.
Capicius in Neapol.deciſ. 167. exẽplũ
predictis pono. Si nudam rei detenta-
tionem haberem. puta penes me depoſi
tate,cuius occaſioñ quis a,me vendica-
bat. Iuxta.l.officium.ff.de rei vendic. ſi
exciperem ꝙ me ſpoliauerit,id ſolum a,
me fiet vt actor ipſe repellatur, non au-
tem vt ante omnia ad poſſeſſionem re-
ſtituendus ſim. Sed ſi caſum ponimus
ꝙ poſſeſſorium reintegrande cõtra me
agi ceperit,eo quia ſpoliaſſem, contra
quem excipiam de priori ſpolio, vel ſi
eum reconuenerim,fallentie non cõue-
niret. niſi ſecundum ſpolium incõtinen
ti poſt primum commiſſum eſſet. pro-
ut in.l.1.in.§.ſi qs vi a,me.ff. de vi & vi
arm. vnde per hec ſequor ꝙ. XX.

53 FAllit. vt modo dictum eſt.
per caſum.d.§.ſi quis vi.&
ſic intelligo tex. in. d.c.cũ
dilectus.quãuis ſimpliciter
loquatur. Atq; in iſto caſu
minus proprie dicam excipientem debe
re reintegrari. de ſe enim ipſo reintegra
tus eſt. Argum.l. decẽ. de verb. oblig.
Iuncta.l.gracchus.ff.de adul. ¶ Vel reſ
pondeam ad.d.c.ibi.donec reſtitueren
tur ab ipſo, ideſt plene. Nam non pro-
pterea ꝙ illi nobiles de artona ſpoliaue
rint vt dicitur in principio ibidem, ap-
parent ꝙ in totum reintegrari ſint. & ꝙ

dixeram incontinenti, motus ſum quia
alias q̃ hoc modo intelligendo, via De-
lictis pararetur. cõtra. d. l. meminerint.
C. vnde vi. cum ſimil. Quando vero di-
catur ex interuallo plene Abbas. in. c.
olim, num. 15. eodem. Alex. in cõſil. 76
in p̃. libro. ❡ Huic tamen mee conclu-
ſioni videntur obſtare, que dicũt Alex.
in conſil. 94. in. 5. vol. in. 6. col. in fin.
Capicius in deciſ. Neapol. 77. ꝙ reme-
dium reintegrande non competit male
fidei poſſeſſori cõtra eque malefidei poſ
ſeſſorem cum in pari cauſa melior poſſi
dentis conditio ſit. Reſponderem hoc
procedere in ſpoliatore expellẽte, ex ra-
tioñ, quia Predoni etiam ſpoliato poſ-
ſeſſio reſtituẽda eſt. vt in prima dicemus
ampliat. Nec inuenio ꝙ Alex. illud in
d. conſil. dicat. & ꝙ dixi modo inconti-
nẽti &c. Praticarem vt in 24. ampliat.
in fine. Necnon aduerto in iſtis duabus
fallẽtis ꝙ p̃ſuppono ſpoliationes hinc
inde factas non ſuper diuerſis rebus tũc
.n. procedũt q̃ dicã in fallen. 5. XXI.

Fallit in ſpoliato a, re mo
bili. tunc enim dominii
exceptio ſi incontinenti
54 probari offertur añ om-
nia reintegrari impedimẽ
to eſt Bal. in. l. requirendi ad finem. C.
de ſeru. fugit. Ripa tamen hic num. 96.
Refert Baldum voluiſſe contrarium in.
l. in ciuile. C. de furtis. Saluat tamen ne
loquatur vbi vellet incontinenti &c. vt
ſupra. Iterum ſaluat ꝙ in. l. requirendi
non dicatur vbi per vim ſed vbi clã ſpo-
liaſſet. tenerem primam opinionẽ & fal
lentiam ſequor. Vidẽdus ſum in prima
&8. am pliationibus. XXII.

Fallit. in cauſis ſpirituali-
bus & beneficialibus, i eis
enim non prius ſpoliatus
55 reſtituendus eſt, q̃ pluri-
bus concurrentibus, p̊ q̃
poſſeſſionem probauerit ſaltim per cla
uium traditionem vt dicit Rota in anti-
quis. 716. Vel per tactum ãnuli ſere ſeu
ſerature ianue bñficii ab altero non poſ
ſeſſi vt in. d. Rota. habetur in vltimis de
ciſ. 8. verſic. an inductus ſecus vero dicẽ
te vbi ab altero poſſideretur quia tunc
ad tradita tantum poſſeſſio reſtringere
tur. ❡ Item & ſecundo non priuſquam
ſuum titulum iuſtificauerit vel ſaltim ex
titulo poſſeſſionem colorauerit. Rota
in antiquis. 678. & in nouis. 439. poſt
Innoc. in. c. conſtitutus. de filiis p̃sbyt.
in. c. in lr̃is eodẽ. ideſt. de reſtit. ſpoliat.
Volens ꝙ etiam non ſit neceſſaria colo
ratio etiam ꝙ ius commune reſiſtat pe-
tenti reſtitutionem. Motus ex. c. ex inſi
nuatioñ. d. titulo. de quo dicam infra.
❡ Que coloratio ſit etiam per cõfeſſio-
nem ſpoliatoris de titulo ſpoliati Rota
in nouis. 421. Caſſiad. i p̃ma deciſ. Ab-
bas in. c. in literis. eodẽ num. 22. quãuis
Rote per eum allegate parũ ad propoſi
tum faciant. Et ſit in beneficialibus, do-
cto de inſtitutione quãuis non de p̃ñta-
tioñ. Rota in. nouis. 188. & 189. ſit
etiam eo ipſo quo ſuperioris autoritate
poſſeſſionem habuiſſe doceret. Licet in-
ſtitutio vel electio in veritate vitioſa eſ-
ſet Francus in. c. ad decimas eodem in.
vi. per Rotam in nouis. 393. ex quibus
patet aliter dicendum eſſe vbi non auto
ritate ſuperioris &c. tunc enim vitiũ fa
cit ne poſſeſſio colorari dicatur. vt cui-
tetur vitioſus ingreſſus. c. vnico. de eo
qui immit. in poſſeſſ. cauſa rei ſeruã. ibi
dem. canon. Neq; ſufficeret ſola ſcien-
tia ſuperioris ad effectum vt poſſeſſorio
reintegrande agatur dicit. d. Ant. ❡ ET
ꝙ fiat per vnum teſtem. & quomodo.
Bellẽ. deciſ. 50. & 98. vbi ẽt dicit. ꝙ sũ-
marie probatur titulus neq; requiritur
plena probatio quia tunc petitoriũ nõ
inducitur propter ſe principaliter ad af
fectum vt ſuper eo pronuncietur ſed in-
cidenter vt coloretur &c. que ratio in
multis notanda eſt. Vult igitur conſilia
rius ad deciſ. Bellem. 98. ꝙ ſi titulus nõ
ſit probatus, non tamen ſentẽtia in poſ-
ſeſſorio lata ipſo iure nulla eſſet. Etiam
ꝙ tale poſſeſſorium proprietatis cauſã
admixtam haberet. tituliq; probationẽ

requirat. ex ratioñ quia illa probatio non eſt propter ſe vt ſupra. Sed ē ad colorandam poſſeſſionem atq; tollēdam poſſeſſionem agentis. d. c. ad decimas. vbi Innoc. Item quia nec eſt conſiderādus titulus in diſpoſitione ad ꝙ. l. ex his C. de teſtamento. milit. Et ꝙ coloratio fiat docto de prouiſione ſubexequutoris iſdem in. deciſ. 556. Et ꝙ pro coloratioñ ſufficiat aliqualis preſumptio. Ioh. an. in. c. ex parte. eodem lapus in allegat. 30. in 3. col. ℭ Sed Rota in antiquis. deciſ. 65. vult ꝙ ſi beneficii reſtitutionem ſpoliatus obtinere velit, opus ē vt beneficii poſſeſſionem ab eo (qui habet poteſtatem inſtituendi) habuiſſe oſtēdat per Innoc. in. c. in literis. eodē. per Ioh. an. ad ſpecul. ſub rubr. d. titul. in addit. parua hoc eſt ab ordinario vt dicit Lapus ꝙ tenet Curia Romana.

ℭ Quod aliter intelligā vbi diu in poſſeſſioñ ſtetiſſet. de quo. infra. Pro quo Addo id quod Abbas in. d. c. in literis. num. 24. in fine. ꝙ quia Clericus nō debet eſſe abſq; beneficio. c. cum ſecundū de preben. in. vi. poſſeſſio quam habet preſumetur iuſta, vt ſic titulum probare neceſſe non habeat niſi eidem ius cōmune reſiſtat. Cum quo tranſirem ſi diu &c. vt ſupra. hoc eſt per triennium pacifice poſſediſſet iuxta regulam Leonis decimi. ℭ Quibus etiam addendum eſt ꝙ poſſeſſor conuentus colorare nō teneatur. quia. c. ad decimas. loquitur in actore. vt dicitur in nouis. 259. & per eundem Bellem. in 213. Vbi etiam dicit ꝙ articuli quo ad colorandum poſſeſſorium dati poſt ſuſpēſionem petitorii admittendi ſunt necnon eis reſpondendum eſt. Et de coloratione tituli fienda per ſucceſſorem. Vide omnino per Caſſiador. in deciſ. 2. de cā poſſeſſ. Et propriet. vbi de titulo preſumpto & de poſſeſſioñ triennali cedentis, vel decedētis. Aliis etiam modis poſſeſſio ex titulo coloratur, quāuis non in totum iuſtificetur. vt per Caſſiador. deciſ. 8. de reſtit. ſpoliat. Vbi dicit ꝙ ad obtinendum in interdicto recuperande poſſeſſionis domini de Rota per plurima argumenta ibidem relata voluerunt ꝙ ſufficiat ſupplicatio. ſeu gratia ſignata. & ꝙ datata ſupplicatioñ, abſq; literarum expeditione titulus (qui requiritur in beneficialibus vt habetur per Innoc. & communiter vbi ſupra) coloratus habeatur. Itē etiā coloratur ex logiſſima poſſeſſioñ. Innoc. c. ii. de in integrum reſtit. quem citat Abbas in. d. c. in literis. num. 17. & an Cardinales colorare tenentur. vidimus in fallen. 15. ℭ Sed in predictis aduertendum eſt ꝙ non procedunt vbi ꝑ viam attentatorum ageretur tunc enim poſſeſſionem ex titulo colorare non tenetur. Bellem. in deciſ. 49. per. c. ii. cum ibi not. vt lite penden. in Clementinis. Ratio eſt contemptus ſuperioris & integritas ſtatus cauſe quinimmo neq; poſſeſſionem ſed ſolum cauſe primum ſtatum in vltimis deciſ. in deciſ. 18.

56 ℭ SEQVITVR hic non. incōmode videndum eſſe cur agētes reintegrande ad Eccleſiam, beneficiū, aliaq; publici iuris, ſeu adminiſtrationis, vel etiā ad vxorem ex titulo poſſeſſionem colorare teneātur. Bellem. in deciſ. 27. Reſpōdet ꝙ in illis colorata poſſeſſio abſq; titulo haberi non poteſt. Non enim (dicit) ex propriis actibus noſtris abſq; titulo eorundem poſſeſſiones & ſine alicuius ſuperioris conceſſione nobis acquiri poſſunt. Vt in ſimili de interdicto, quod pro ductu aquę ex caſtello publico ducende. vel pro rebus ſacris, nobis competere diceremus. Inde eſt ꝙ proprietatis cauſam admixtam habere dicuntur. l. ii. in. §. permittit. ff. de interdic. Vlterius dicit ipſe ꝙ ſi reintegrande poſſeſſorio agens pro aliis q̄ pro dictis rebus diu non poſſediſſet, neq; pro domino publice reputatus eſſet, non ad colorandam poſſeſſionem ex titulo, ſed potius ad colorandam bonam fidem iudex ipſius bone fidei ex aliquibus ꝓſumptionibus ſe informare debebit. per ea que Innoc. in. c. ii. per gl. in verbo. Mo-

nachos.num.6 de in integrum reſtit.ſe cus in interdicto vnde vi,vel vti poſſide- tis,in quibus de actoris bona fide mini- me curandum eſt. Cum tunc vt puto in apprehenſioñ requiratur. vt dicit Dyn. in.l.Cum querebatur.C.vñ vi. ¶ SED his doctorum dictis aduerſantur que do minus Abbas.in.c.in literis num.24. p c.ex inſinuatioñ,eodem.vbi prius man datur reſtitui q̃ de titulo inquiratur.

Reſponderem illud ibi quo ad plenam cognitionem,attento ꝙ vtrunq; videli- cet prebendam & Archidiaconatum(vt etiam fatetur Abbas)eodem tempore habere non poterat. Quia ius commu- ne reſiſtebat. Vnde ſi eam perpetuo te- nere volebat plene probandus titulus erat vt verior eſt ibidem intellectus in verbo probandus. Non propterea ſe- quitur quin in reſtitutioñ (de qua ibi) poſſeſſionem ex titulo colorare neceſſe ſit. Immo preſupponit colorationem. vt patet.ibi ſi eius reſtitutioni aliud Ca- nonicum non obſiſtat. Que verba ge- neralia ſunt,nec per exempla gloſe ibi- dem reſtringentur.l.damni infecti la.2. ff.de dãno infecto. ¶ Nihilominus quia ſatis id quod Abbas ibidem obſtare vi- detur,dicens ꝙ cum ius tolleret talem poſſeſſionem donec a,iudice iuris ordi ne ſeruato non ſpolietur. vt patet in.c. ſi Eps.de pben.in.vi. Ratio non ſubeſt cur ſi ſpolietur abſq; alia colorationi re integrandus non ſit. ¶ Vnde puto con cludendum ꝙ vbi ius reſiſtit ſpoliato a- genti,vt in caſu. c. ex inſinuatione. vel quia ſpoliatus ſit inhabilis,cum quo ta- men diſpenſari potuiſſet. Neceſſaria co loratio non ſit. Etiam ſi id quod reſiſtit actori minus ipſi Reo foueret vt p Fran chum.in.c.ad decimas.num. 9. eodem in.vi.Sat.n.eſt (vt dicit) ꝙ de notorio defectu non iuris agẽtis opponi poſſit. vt in nouis.393. ¶ Ad.c.ſi Eps.Dicerẽ ꝙ ibi pſuppõitur omni alio reſpectu be neficium ab eo teneri potuiſſe.argumẽ- to.l.cum pror.ff.de iudic.pterquã in ca ſu quo beneficium conſimile habuiſſet.

Pro quo etiam facit quia pſumendum eſt Epm ſcire titulos beneficiorum ſibi ſubiectorum.argumento,ſacri Euange lii.vbi.Dominus glorioſiſſimus noſter. Dicens ego cognoſco oues meas,&c.

¶ Vel etiam dici poſſet ꝙ ibi fuit lõga poſſeſſio itaq; tempore colorata.vt per Lapum.in deciſ.63.ſequitur Abbas. in c.in literis.num. 63. ¶ Facit etiam (vti credam) quia quãdo ius reſiſtiti ſpolia- tus dũ poſſidebat videbatur iura ſpoliaſ ſe,ſpoliatorem igitur potiorem eſſe vi- detur. Cum in pari cauſa poſſidentis cõ ditio melior eſſe debeat.vt dicit Abbas. in.c.ſepe eodem num.x. ¶ HEC pro- cedunt vbi non aperte de non iure pe- tentis reſtitutionem conſtet puta per confeſſionem. Sed ſi de non iure ipſius aperte conſtaret, ne dum colorare ſed & probare titulum teneretur, tali- ter ꝙ notorium non ius remaneat pur- gatum. Qui caſus difficilis eſt reſolutio nis.niſi illud notorium non ius ex erro re potius proueniret.de hac materia ꝓ- ſequere vt per Ioh. Andr. ad ſpecul.in rubr.eodem. Conferunt que in fallen. 13. ¶ ET Hec procedunt niſi violen- tum ſpolium eſſet. Ratio enim violen- tie que eſt odium in legibus canonizatum, pfate legi meminerint. C. vnde vi. &.c.in literis.eodem. pponderare dicen dum eſt. Cum contineat in ſe crimen & certam intruſionem.vt in. d.l.ſi quis ad ſe fundum.ibi & alias penas &c. Que nõ ſemper certa eſt i poſſeſſore primo. Vi- delicet actore. Induco dictum Dyni ſu- pra poſitum. ibi ſecus vero &c. ¶ IL- LVD etiã aduertẽdum,ꝙ vbi de non iu re petentis reſtitutionem aperte nõ cõ- ſtaret. Nihilominus non ſemper poſſeſ ſeſſorio recuperande agens (cui ius re- ſiſtat) ex titulo poſſeſſionem colorare tenetur. Nam vbi talis iuris poſſeſſio eſ ſet ꝙ ex aduerſarii ſola patientia iuſtifi- caretur, Puta ſi eum in quaſi poſſeſſio- ne eligendi paſſus eſſet, quod ſit nõ con tradicendo,ſed ſubſtinendo electum ab eo vt loquitur Innoc.in.d.c.in literis.

num.9. Vt etiam in caſu.c. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. & propriet. Secundum intellectum.d.Antonii ibidē & Ioh.and.in.c.ad decimas, tunc ex titulo poſſeſſionem colorari non oporteret. ℂ Neq; i caſu quo ius ex ſolo poſſeſſionis bonefidei commodo alicui cōpetat.vt eſt ius eligendi ſecūdum alium intellectum.Ioh.and.ad.d.c.cum eccleſia. Item ius decimandi ſecundū Francum in.d.c.ad decimas, quod nō aliter intelligam q̄ ſi ſit illo iure vſus. Puta decimas exigendo vt per Innoc.in.d.c in literis,num.12.tunc enim colorari &c. non oportebit. ℂ DVM autem dictū eſt ex ſolo poſſeſſionis commodo &c. Aduerto ꝙ immo ex ſola patiētia vt ſupra. per hec videtur vt intellectus inanis ſit. ℂ Colorari neq; oportet i caſu quo longeua poſſeſſio eſſet. Secundum aliū intellectum.in.d.c.ad decimas vt proſequitur Francus. ℂ NEQVE vbi reſtitutio per viam attentatorum peteretur vt eſt ſingularis textus.in. c. ſi conſtiterit.de accuſat. ℂ VBI etiam notatur ꝙ tunc tituli notorius defectus reſtitutioni non obeſſet. vt ibidem Petrus de Peruſio,atq; Imola ad quod Rota. 160. Quod notandum eſt pro ampliatione. d. legis. ſi quis in tantam ſi verus eſt ibi meus intellectus ꝙ loquatur in ſpolio facto pendente iudicio itaq; in attentatis. ℂ NEQVE titulum colorari opus eſt vbi non de graui preiudicio agetur vt alter intellectus eſt ad.d.c.cum Eccleſia. Secundum Anchar. in d.c.ad decimas. Sed Geminianus ibidem contra. Quem ſequitur Francus. Ex ratiōn quia ꝙ reſtitutio fiat preiudicium graue non eſt.vt dicit glo.in.c. ex inſinuatiōn.de procurat.in verbo clerici. Circa medium,dicens ꝙ per reſtitutionem actori (cum ſibi ſalua ſit actio) in modicum preiudicatur. Nil allegat. ℂ Quia tamen poſſeſſionis commodum eē maximum credo vt in principio huius operis dixeram aliter ſentire. ℂ REDEVNDO ad ꝑm principale caput. Aut ius actori non reſiſtit. & tunc abſq; aliqua tituli coloratioue, Concludo ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendum. ꝑ rationem.d.l.ſi quis ad ſe fundum.in.c. p̄.in.c.grauis.eodem per poſita per Abbat in.d.c.in literis.eodem.num. 13.dū tamen perſonalis violentia eſſet vt dixeram in fallen. 14. ℂ Nam etiam ꝙ de non iure agentis notorie conſtaret per confeſſionem puta ſeu probationes in iudicio admiſſas,vt per Innoc.in.c.conſtitutus.de filiis p̄sbyter.& conſequēter quod ſua nō intereſt, propter quod nō intereſſe quis a, limine iudicii repellendus eſt,etiam ꝙ per viam attentatorum veniat in quo iudex quoq; offenſus fuit, vt per Imol.& Francum. in.c. bone. de appellat.in.vi.per Rotam in nouis. deciſ. 14. per Probum in addit.ad monachum in.c.ad decima..per Neapol. in deciſ. 324.num.3.& 352.Nihilominus reſtituendus eſſet. Quia quādo violentia eſt perſonalis vt in terminis noſtris non tantum agentis intereſſe quantum odium ſpoliantis attendendum dicunt. Et vide.fallen.16.euidēs ē in. d.l.ſi quis ibi.& alias penas. ℂ Quod etiam Abbas in.d.c.in literis. Dixiſſe videtur num. 5. & 8.concludens ꝙ vbi notorie conſtaret de non iure agentis, quāuis ei nō cōpetat interdictum vnde ui minus actio ad exhibendum cum ſua non interſit,agere tamē poſſunt per.c.reintegranda. iii.q.prima. de quo dubito ſed potius credā per.d.l.ſi quis ad ſe fundum. Iuncto quia violentia hec odioſior Canoni eſt argumento.c.ſi quis ſuadente. 17.q. prima.& p.d.c.p̄.&.c.grauis. Eſt enim hec violentia taliter odioſa ꝙ fur ſi ſpoliatus ſit reintegrari debebit quāuis non per.c. reintegranda. Sed per actionem triticariam vt dicit Bar.in.l.Itaq; fullo. ff.de furtis. ℂ SI VERO violentia non perſonalis interueniſſet. Obſeruarem vt aliqualis p̄ſumptio ſuffectura ſit. de quo Lapus in allegat. 30. Rota 65. vbi ſupra. Quod procedere puto vbi agens eſſet habilis argumēto, dictorum in fallen.

in fallen. & procedit magis de ſtilo q̃ de
iure dicit Rota in nouis. 393. num. 3. ex
ratioñ vt tollatur vitioſus ingreſſus, vel
ſaltim vt ei obuietur. c. vnico. de eo qui
immit. in poſſeſſ. cauſa rei ſeruā. Sed ſa-
tis mihi videtur de iure eſſe cum ſub ea-
dem ratione includatur. Argumento
l. non poſſunt. ff. de legibus. vulg. l. il-
lud. ff ad. l. acquil. XXIII.
57 FAllit in ſpoliato ab eo
quē ipſe prius ſpoliaſſet.
Si tamē ꝑ. loco ſpoliatus
hunc (quia iudicis copia
ſibi defuiſſet) de poſſeſ-
ſioñ eieciſſet. non enim vltimo ſpolia-
tus añ omnia &c. Bar. in. l. ſi alias. in. §.
Belliſſime. ff. quod vi aut clam, & in. l. q
vitem. in §. qui Ianuam. d. titulo, Bal. in
d. l. ſi quis ad ſe fundum. per. d. §. vbi gl.
hoc in ſpecie dixit. Innoc. & Abbas in.
c. olim. eodem. Cum allegatis per Ruy
num. in conſil. 43. in. q. vol. ¶ Fallen-
tiam ſequoꝛ dummodo omnia (de qui-
bus in prefata Rota) concurraut. Nec
ſolam iudicis deficientiam ſufficere pu-
tarē, Niſi vel ob enorme dānum (quod
pateretur) euitandum. ¶ Vel ſaltim qa
periculū eſſet in mora (vt Bal. poſt Cy-
num. in. l. ſed nec. in. §. ait ꝑtor. ff. ex q-
bus cauſis maiores) ſpolium commit-
tatur. Quicquid Alex. contrarium vo-
luerit in. l. prima. in. §. nunciatio. ff. de
noui operis nunciat. Et Ruynus in. d.
conſil. 43. Quorum opinionem tan-
quam inuitantem ad ſpolia committen
dum. contra. l. meminerint. C. vnde vi.
cum ſimil. Nequaquam obſeruarem.
¶ Ad. l. generali. C. de decurion. lib. x.
Et ad tex. in. l. ait ꝑtor in. §. ſi debitorē.
ff. de his que in fraudem credit. Dico ꝙ
in ipſarum legum terminis periculum
erat in mora. Quinimmo dico in his di
ſtinctionem illam Allexandri de qua. ſu
pra; an iudex abſens ſit vel nō ſit de pro
ximo reuerſurus) neceſſariam nō eſſe.
¶ Que omnia procedere etiam puto &
in immobilium poſſeſſione de quibus
in. d. l. ſi quis, ¶ VLTERIVS in his di-
co ꝙ non tantum vbi periculum ſit in
mora ſed etiam ſi non ſit ſi tamen euidēs
dānum puta ſucceſſiuum pateretur (pu
ta vites aut arbores ob nullam vel malā
culturam deſcriberentur) tunc ſuā di-
ſtinſtionem non obſeruarem. Cum ſua
iura. ideſt glo. in. c. ꝑ. de conſuetud. re-
cti feudi. in verbo expectandi. Damnum
de quo nos minime ꝓſupponāt. Minus
ad caſum hunc noſtrum adaptarentur.
Sed vbi non daremus damnum de quo
ſupra. Sed tātum periculum eſſe in mo
ra, vt dictum eſt, vel alio modo exemplū
daretur, tunc in immobilibus ſuam di-
ſtinctionem tenerem. vt minus q̃ poſſi-
bile ſit Regula. d. l. Meminerint offen-
datur. Argumento. l. ſi quando. C. de in
offic. doctibus cum ſimil. ¶ Cum alia
tamen ſubdiſtinctioñ videlicet. An peri
culum nō imineat quod euenire poſſet
in terminis quibus domus ruinam mi-
naretur, & tunc ſi iudex de proximo ſit
reuerſurus, expectetur. Aut iminet, (pu
ta ꝑdium fieret arenoſum ob alluuionē
ſi q̃ primum non prouideretur de quo
aliquid per Ruynum in conſil. 45. vol.
4.) Et ſequar tunc opinionē Cyni Bal-
di ſimpliciter nō diſtinguendo vt facie-
bat Alexander ad hoc ē textus in. d. §. ſi
debitorē vbi ꝑiculū ē i mora. XXIIII.
58 FAllit vt puto vbi reus pe
titorio conuentus ſimpli
citer exciperet dicēdo ſe
fuiſſe ſpoliatum, non ex-
primendo per quem. Cū
etiam id a, tertia perſona fieri potuiſſet:
In ſimili do rotam in nouis deciſ. 156.
ibi poterat eſſe &c. Quo caſu exceptio
ſpoliationis non impedit petitorium in
choari, vt tenuit Abbas in. c. cum dile-
ctus. num. 12. de ordiñ cognit. & per ro
tam in nouis. 438. Exceptis criminali-
bus vt dicūt, volunt enim ibi ꝙ licet ex
ceptio ſpoliationis impediat exequutio
nem vt per doct. in. c. cum ad ſedem. eo
dem, non tamen iſto caſu cognitionem
& diffinitionem impedit. Cum quis alte
rius odio minime grauandus ſit vt in-

Regula non debet. in lib. vi ℂ Vnde p hanc rationem in iſtis duobus caſibus fallentiam exemplabo & conſequenter in his dicemus, nedum non operari reſtitutionem ante omnia eſſe fiẽdam ſed minus effectum ſuſpẽſium in petitorio, licet regulariter contrarium velint. Innoc. in. c. Ex conqueſtioñ. eodem. Et
69 Paul. de Caſtro in cõſil. 272. per textũ in Clemen. prima. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Quinimmo ſubdens verã eſſe cõmunẽ concluſionem, & Regulã vbi poſſeſſorium poſt litem cõteſtatam in petitorio inchoaretur. ℂ SED in hoc vltimo aduertendum eſt quia Canoniſte varia variarunt. Et textus in Clemẽtina prefata in beneficialibus tantum diſponit quanuis per ſuam rationem Abbas in profanis idem eẽ velit. In quibus omnibus obſeruantia mea eſſet. ꝙ ſi in poſſeſſorio nõ tm̃ poſſeſſionẽ ſibi reſtitui peteret ſed aduerſarinm a, iure dominii (ſi quod in re ipſa habuiſſet) ob ſpolium cecidiſſe per. l. ſi quis in tantam in ſuis terminis vt diximus in prima. & 18. fallentia) tunc non ſolum poſt conteſtationem ſed etiam poſt concluſum in cauſa (ſi poſſeſſorium propoſitum ſit) petitorium ab aduerſario inchoatũ ſuſpendat. Moueor non ex Clementina prefata. Sed ex regula de qua in. l. fundi & in. l. fundum. ff. de except. ℂ Nã quia tunc ſententia (ſi feratur in poſſeſſorio) tolleret ſeu tollere apta eſt (vt loquitur Bar. in. l. edita. C. de edendo. num.) effectum in petitorio. Cum tollat dominium (ſi quod habuiſſet) per. d. l. ſi qs in tantam. Ideo nedum ipſius petitorii diffinitionem ſed etiam cognitionem p ea que Bar. & cõmnniter in. d. loco impedire dicendum eſt. Quod hoc in loco poſuiſſe volui quãuis extra noſtrum thema videatur cum ante conteſtationem inchoatum eſſe p̃ſupponamus.

ℂ In quo etiam aduerto dum hoc dixeram non fieri per. d. Glementinam. Quoniam apertum feci volentẽ vti poſſeſſorio tali poſt conteſtationem audiendum (expenſis prius non refectis) minime eſſe. de quibus Bar. in. d. l. Quicqd aliter Anchar. in Clem. prefata. Cuius ratio ceſſat ſi Clementina loquitur in profanis minus extendenda eſt vt infra. ℂ SED ſi ſimpliciter (nil proponendo de l. ſi quis in tantam) poſt conteſtationem in petitorio contra ſe moto ratione puta ſolius detentationis iuxta. l. officium. ff. de rei vendic. vel etiã ignarus ſue poſſeſſionis reintegrari peteret. Superſedendum eſſe minime putarem. Immo potius ꝙ ambo iudicia procedant vt dicebat hoſtiens. in. d. c. Relatus per Imolam. in. d. Clemen. col. 7. Moueor quia prius in petitorio litẽ cõteſtari paſſus eſt. de qua patientia dixeram in fallen. prima. & eſt expreſſus textus in. c. inſinuante. de officio delegati. ibi conſenſerit litigare. Et ideo dicit Abbas in. d. c. ex conqueſtioñ Reum in petitorio dum conteſtatur lis debere proteſtari vt exceptiones dilatorie ſibi ſalue ſint. quod obſeruatur nam ſi poſtea poſſeſſorium inchoaret in petitorio cõtra ſe moto, ſuperſederi obtinebit.

ℂ ET ſi diceretur per Abbatem in. d. c. ꝙ non in vim exceptionis ſed cõuentionis (que petitorium in odium violẽti vt in prefata Clementina ſilere facit) queſtionem hic mouere poſſet. Quod declara per ipſum. Breuiter concludo hoc in noſtris terminis procedens non poſſe moueor quia per conteſtationem ius parti queſitum eſt. vt in. l. Pomponius. in. §. idem ſcribit. ff. de procur. a, ſe igitur abſq; ſuo facto auferri nõ potuit. vt in regula. id quod noſtrum eſt in lib. vi. ℂ Ad ratione. d. Clementine dico eã eſſe limandam in beneficialibus. Argumento. l. in agris limitatis. ff. de acq ren. rerum domin. In quibus violẽtia odioſior eſt. adeo ꝙ lacrime debent eſſe arma Clericorum. Ex eo etiam notũ eſt quia violenter beneficium occupans ſi qua iura i eo habet ipſo iure perdit. ſed in profanis ſententia pro eo neceſſaria eſt. de qua in. l. ſi quis in tantam. Argu

mento.hoc vtitur Ancharan. in c.eum qui.de ꝑbend in. vi. Cum igitur in his odii ratio maior q̃ in profanis ſit conſequentia dicta non tenebit vt per omnes in.l.ſi vero.in.§.de viro.ff.ſolut. matr.

¶ ET ꝙ in beneficialibus & ſpiritualibus ſeu matrimonialibus de quibus in.d.c.ex conqueſtione,ſit caſus ſpecialis ibidem.d. Antonius.in prima.ſolut.Relatus per Imolam in Clemen.dicta,ſubſtinuit.¶ Que prima ſolutio verior mi hi viſa eſt.quãuis ab ea recedere videantur ob maximã rationem quia ius opponendi de pendentia poſſeſſorii poſt litis conteſtationem originari videtur vnde concludunt poſt litem conteſtatam opponi poſſet.d.c.inſinuante. Nam reſponderem ꝙ tunc originari videretur, cum Aduerſarii facto id ante conteſtationem proponere nequiuiſſet. Quia tamen id ſuo facto extitit cauſatum iuxta.l.is qui deſtinauerat.ff. de Rei vẽdic. Pro quo eſt etiam videnda glo. in. d. c.inſinuante.in verbo.poſtmodũ. Ideo ſecundam eorum ſolutionẽ Cauillosã atq; verbalẽ eẽ putarẽ. necnõ dicamus. ꝙ.d.l.ſi quis ad ſe fundum. XXV.

60 TAllit. vt ſic nõ procedat. vbi poſt litem conteſtatã in petitorio ab Aduerſario inchoato ſuper eadẽ re poſſeſſoriũ reintegrande ſeu reſtituende moueretur. Tunc regula ꝙ ante omnia &c. non procedit. Niſi in bñficialibus & matrimonialibus vt dixerã. Inter que bñficialia & profana pro nũc alia differẽtia in mẽtem venit, ꝙ cõtra agẽtem poſſeſſorio reſtituende ſi opponatur de notorio non iure agentis in beneficialibus reſtitutionem impedit,ſecus in profanis. Rota. in antiquis.deciſ.7.dixerã.in.fallẽ.16.& 22. ad verſic.Redeundo &c. XXVI.

61 TAllit.In ſpoliato qui lite pendente poſſeſſionẽ adẽptus erat.non enim reſtituendus veniet. vt extat. ſummarium ad rotam in antiquis.428. Conſidero ꝙ illa deciſio minus ꝓſupponit ſpolium de quo agitur. Immo contrarium profitetur dum vult ꝙ exequutorum autoritate, qui ꝓ. loco extitit ſpoliatus, nunc in poſſeſſione ductus reperitur. Cum neq; alterius poſſeſſionem eẽ debuerit opinari vt ibidem. Vnde contrarium innuit in eo q malitioſe ſaltim ſi non violenter poſſeſſionem ingreſſus eſſet. Vt ſic iſto caſu Aduerſarius (quãuis lite pendente poſſeſſionem adeptus ſit) nihilominus reſtituendus. Facit quia prẽdo etiam &c.vt diximus in fallen. 16. Dicemus in ampliat.prima. ¶SED Quoniam inſtari poſſet ne tuendus ſit vbi eum eſſe ꝑdonẽ cõſtet vt ſupra.in fallen. 16.Itaq; minus iſte de quo nos cum in.d.deciſione profitetur adeptum eſſe poſſeſſionem contra.c.Si contra quos. vt lite pẽden. Tranſibo per mediam viam ꝙ ſi qui prius lite pẽdẽte ſpoliauerit & violẽter ipſe fuerit ſpoliatus, reſtitui debebit. per. d.l.ſi quis.vbi qui ſe prius ꝑtendit. ſpoliatum reſtituere cogitur. vt pondero verba ibi crimen violentie opponat, Quod etiam Rota in nouis. 55.velle videtur.vbi dicitur ꝙ ad inſtantiam illius de cuius non iure clare conſtat (Quem nos intelligimus etiam hunc violẽtum) attentata non reuocãtur.per ea que Innoc.in.c.conſtitutus.oe filiis ꝑsbyt.&. c.ſignificaſti.de diuort.Quod intelligo niſi cum violentia attentata eſſent. Nã ſi attentans deinde ſpoliatus ſit,non reſtituetur. Motus non ex illa ratione ꝙ in pari cauſa melior ſit conditio poſſidentis que mihi ſuper hoc nõ ſatisfacit vt dixi ad fallen. 20.Sed potius quia maior eſt odii ratio iſto caſu in attẽtante. Nam & iudicem ipſum ſpreuit. vt Rota illa per.c.non ſolum de appell. in. vi. ¶ Necnon reuocabuntur ſaltim per officium iudicis. vt mihi videtur dicere ille textus in.d.l.ſi quis in tantam.ibi.ante euentum iudicialis arbitrii. Quem intelligo.in iſto caſu vt dixeram in. fallẽ. 2.Et in.18. ¶ Redeundo ſi nõ violẽter

(etiam ꝙ clam ſpoliatus ſit) ſine vitio tamen per ea que in ſecūda fallentia poſueram, non reſtituetur. per rationes de quibus in prefata Rota. vbi quia poteſt agere de attentatis lite pendente reuocandis. Multo magis poſſidens excipere poſſe dicetur. vt in regula cui actionē damus in. lib. vi. XXVII.

62 FAllit in Militie Ruſtico, & ſimilibus qui ab ignorantia iuris excuſaretur, Nam ſi ſpoliarent eum a, quo ipſi prius ſpoliati fuiſſet (quāuis ex interuallo necnō id violenter facerent) Nihilominus per dominii exceptionem vt puto incontinenti probandi poſſeſſorio recuperande agentem repellere poſſent. de quo vide in Ampliat. 24. XXVIII.

63 FAllit vbi reintegrande cōuentus offerat ſe probaturum negatiuam videlicet actorem non fuiſſe ſpoliatum. In quo caſum ponere oportet in ipſa conteſtationē litis nō ſi poſt excepiſſet. nā ſi couētus tacuiſſet donec actori terminus probatoribus cōſtitueretur, ſibimet ſua taciturnitas piudicaret p ea q̄ i prima fallētia poſuimꝰ. Exēplū fallētie ſit excipiendo ꝙ ſpolii p̄tenſi tempore non ipſe agens, ſed alter poſſidebat. vel ipſe conuentus. Argumēto. l. decem. de verb. obligat. Abbas in c. ꝑ. in. penul. col. eodem. ibidem Imola. Socinus in Regula ſpoliatus añ omnia. in. 6. &. 7. fallentia: Fran. Curtius. in conſil. 71. Socin. in conſil. 106. vol. 2. per. l. colonus. ff. de vi & vi arm. Boerius in deciſ. 238. Qui ſubdit allegādo Alex. hic. in. x. col. verſic. xvi. Fallit &c. ꝙ talis exceptio poſſet opponi a, tertio inſtante, ne res ipſa (quia ſua eſt) agenti reſtituatur. Non obſtante ꝙ ipſe tertius ſpolianti aſſiſtat. vt per Cyn. & Bal. in. l. ſicut. C locati. per Guid. Pape in. ſingul. 276. in commento ſtatuti. ſi quis per literas. Faciunt ſuper his que in fallen. x. Poſuimus, item inducit plura & Rotam in nouis. 259. vbi ꝙ dicenti a, decem annis citra ſe fuiſſe ſpoliatum, obſtaret excipiens ꝙ a, Centum annis & vltra per tempus quo in contrarium memoria non extat, ipſe in poſſeſſiō ſemper hucuſq; fuit. ¶ IN Quibus aduerto ꝙ ſecundum hoc illa rota ſe fundat in titulo iuris hoc eſt p̄ſcriptiō orta ex longeua poſſeſſione, iuxta regul. ſine poſſeſſion. in. vi. iuncta. l. traditionibus. C. de pactis. per quod apparere videtur vt non completa p̄ſcriptione eiuſdem temporis poſſeſſio non ſufficiat cōſequenter hoc eſſe cōtra poſita per Boerium fundantē ſe in ratione poſita in. d. rota. 259. illa videlicet ꝙ qui cōtinuata non ſpoliat. ¶ VNDE diſtinguendo concludo ꝙ aut ſumus in profanis, & tunc (cum in eis neceſſarius color tituli non ſit ſed ſola poſſeſſio ſufficiat ad quem reintegrandum) procedat concluſio Boerii in p̄fata deciſ. vt ſic Reus conuētus in ſua ſimplici exceptione (ꝙ ipſe vel alter tempore p̄tenſi ſpolii poſſidebat) repellat agētē. ¶ Aut in beneficialibus & ſimilibus. puta in terminis c. ad decimas. eodem. in vi. tunc non ſufficiat ſola poſſeſſio, conſequenter minus exceptio nuda. de qua ſupra (niſi colore tituli poſſeſſio corroboretur) ſed requiritur titulus p̄ſcriptionis ad tollendū ius ſpoliati. vt in. d. rota. ibi per quorum primum tollitur ius percipiendi p̄ rectorem iuxta poſita in. c. de quarta. de p̄ſcript. Vnde oportet vt excipiat nedū de continuata poſſeſſioñ ſed etiam de p̄ſcriptione, vel tanto tempore quod ſufficiat ad p̄ſcriptionē. Simili modo quādoq; in profanis dicēdum eſt vt in habētibus cauſam proprietatis admixtā. vt in fallent. 8. dixi. facit quia in iſtis magis ius attenditur q̄ factum vt infra fallen. 36. XXIX.

64 FAllit. in Monacho obtinente Prioratum ad nutum Abbatis, Aut beneficium amouibile, nam ab Abbate ſpoliatus (etiam

pendēte inquiſitione cōtra ipm Abbatē
per ipſum Monachum procurata)non
erit ante omnia reſtituendus. Innoc.in
c.olim.de accuſat.in vltima col. ¶ Sed
dum dicit pendente inquiſitione, Aduer
to ꝙ Rota in antiquis deciſ. prima. &
358.Et Bellem.251. contrarium velle
videntur, ꝙimmo pendente inquiſitionē
reſtituatur. Et ꝙ Innoc. in vltima opi-
ionē hoc voluerit. ¶ Mihi videtur ꝙ
Innoc.totum oppoſitum velit. Quod
etiam dicit in Apoſtilla ad. d. prima
deciſ. Vnde miror. Niſi concludamus
Rotales ipſos primam Innocentii opi-
nionem ſeruare voluiſſe. Que etiam mi
hi videtur equior ex ratione quia quan-
do Abbas ipſe ſpoliat (dum inquiritur,
ad occultandam veritatem id facere vi-
detur vt etiam colligo ex mente. d. c.
cum olim. vbi quāuis de tantummodo
reſtituendo ad Eccleſiam loqui videa-
tur, ſeu ad Monaſteria, ſalua ordinis pꝛ-
rogatiua, vt in. d. apoſtilla nihilominus
eadem ratione in prioratu & obedētia
dicendum eſſe puto. Et concludamus
ꝙ remota inquiſitione prefata. Hec
fallentia probetur per. l. ſi quis con-
ductionis. C. locati. XXX.

Fallit vbi Princeps in poſ
ſeſſorio ſuperſederi man
65 det Abbas in.c.in literis.
in.x.col.eodem. Alex.in
conſil.54.in.2.col.vol.
v. Veron. in conſil. 60. in penult. col.
verſic.& maxime &c. nam tunc non an-
te omnia &c. ſed in petitorio ſolo pro-
cedetur ꝗ fallentia nulli vnꝗ dubioſa fu
it cū ipe ſit viua lex. vt in auc. de cōſul.&
l.deprecatio.ff.ad.l.rod. XXXI.

66 Fallit vt puto quādo prin
ceps poſt ſpolium priuet
de ipſius rei dominio ſpo
liatum. Nam ex hoc etiā
poſſeſſione (ſi quam ha-
beret) ſpoliatus remaneret. Ergo dicē-
dum eſt actione ad ipſam poſſeſſionem
recuperandam. argumēto. l. qui actio-
nem. ff. de regul. iur. Diſpoſitio enim
collata in vnum caſum trahitur ad aliū
in quo maior rō ſubſiſtat. notant doct.
in.l.ſi vero.in.§.de viro. ff. ſolut. ma-
trim. facit quia alias dicendo illa priua-
tio parum operaretur, cum dominii po
tior effectus ſit ipſa poſſeſſio. Facit ꝙ in
alio propoſito habetur per Caſſiador.
in deciſ.5.&.9. in titulo. de cauſa poſ-
ſeſſ.& propriet. ꝙ petitorium habet in
ventre poſſeſſorium quāuis non econ-
uerſo taliter ꝙ iudex datus ſuper pro-
prietate iudex etiam erit ſuper poſſeſſio
ne. licet in hoc aliter communiter dixiſ
ſe videantur. vt per Abbatem in.c.ꝑ.de
ſequeſtr.poſſ.& fruct.col.3. per.l.ſi de
proprietate.C.ſi a,non competen.iudi
ce. Cui Caſſiad.in.d.deciſ. reſpondet.
¶ Pro quorum declarationē id notan-
dum eſt, ꝙ licet hec priuatio abſqꝫ cau
ſe cognitione fieri nequeat, nihilomi-
nus ſi res reducatur ad primeum ſtatū,
ſiue dominium, hoc eſt ad ſpoliantem
dominum,& ſine cauſa quandoqꝫ fiet.
Nec de hoc aliquis queri poſſet. Eſt gl.
communiter approbata quāuis non lo
quatur in iſtis terminis i. c. ab exordio.
35.diſtinc.per.l.ſi vnus.§.pactus ne pe
teret.ff.de pactis.Bar.& doct.in.l.ſi con
ſtante.ff.ſolut.matr.facit quod dicam
in fallen.67. ¶ An autem & quādo per
Principem ſeu ciuitatem talis priuatio,
& ſine cauſa fiat hr̄ per Bar.in prohem.
digeſtorum, vbi de danda recompenſa-
tione ad plenum & per doct.in.l.item ſi
verberatū.ff.de rei vendic. Addo Rom.
in conſil.310. Paul.de Caſtro. conſil.
105. Deciū conſil. 269.& 390. Go-
zad.in conſil. primo, & quāuis hęc
non ſit noſtra materia tamen hoc v-
num dicam per Bart. in.d.l. per.
l. ſi priuatus. ff. qui & a, quibus. ꝙ
iuxta cauſa eſt quando vnius rem al-
teri ob remunerationem conferat ſic
intelligit. l. ſi venditor. in.§. ſi con-
ſtat. ff. commun. prediorum. Quem
non aliter intelligo ꝗ in terminis pu-
blice vtilitatis. vt quia donatarius quid
pro vtilitate publica geſſiſſet. XXXII.

67 FAllit in eo qui ipſo iure cecidiſſet a iure. quod in ipſa re habebat, tūc enim, ſi ſpoliaretur ab illo ad quem res ipſa ventura eſt (puta ſi emphiteota qui non ſoluiſſet canonem ſpoliaretur a, domino directo) Reintegrari non debet Alex. in cōſil. 6. vol. 5. col. 5. & 6. Iaſon in. l. 2. C. de iure emphiteot. Caſſiad. in deciſ. 2. ſub titulo. locati. ℂ Ipſo iure intellige oſtenſa domini voluntate. per tex. in. c. potuit locati vbidem Apoſtilla. & in allegatis in d. deciſioñ. ℂ Itē intelligas de eo cui obuentura eſt vt ſua, ſi volumus euitare contrarium quod daretur de. c. ſi Eṗs. de cōceſſ. ṗben. in. vi. ℂ Obſtat nihilominus glo. ibidem dum dicit de vſufructuario. cogita. ℂ Concluſionem non intelligo in ſpolio violento. arg. d. l. meminerint. nam tunc nedum reſtituere debet. per. d. l. ſi quis ad ſe fundum. Sed etiam ius obuentum amiſit. p l. ſi quis in tātam vbi amiſit id quod prius habebat, & minus perſonalis vis fuerat commiſſa. niſi dicas. ꝙ illud pēdente iudicio. vt poſuimus in prima fallen. & in. 8. ℂ Et tunc, ſi emphiteoſim erit Eccleſiaſtica minus (ſi pēdente iudicio vis commiſſa ſit) habet in iure tali obueniente Eccleſie preiudicare. Cum ṗlati delicto nullo modo Eccleſie ṗiudicium afferri poſſit vt in alio propoſito dixit Abbas in. d. c. potuit. XXXIII.

68 FAllit in Principe qui etiā ſi violenter quem de ſua poſſeſſione priuet. Spoliatus nō reſtituetur. Bal. in conſil. 399. ſeu 345. vol. ṗ. cum in Principe violentia nō ṗſumatur. Immo eo ipſo dicitur declarare ius poſſidenti non competiiſſe, ſeu eū a, feudo cecidiſſe. Crauett. in conſil. 5. num. 7. ℂ Subdens illud idem eſſe in iudice inferiore abſq; citatione aliquē expellente. Sed contra eſſe dicendum opinor, atq; moueor per ea que in. 18. & 31. Ampliationibus dicam. Reſpōdeo ad Baldum in conſil. 27. vol. 5. in fine. ꝙ non loquitur in caſu iſto vbi ratio. d. l. meminerint. aliud operatur. Neq; obſtat quod Decius in conſil. 191. quia loquitur in dubio quo caſu iudex procedendo ſeruatis ſeruandis cōcluſio ſua tenet. nec ṗſumitur ſpolium niſi de notorio nō iure immiſſi in poſſeſſione cōſtaret. vt per eundem Decium & in fallen. 16. dixi. Ad quod me videbis in ampliat. 26. dum de ṗdone loquar. ℂ Sed ſi dum in poſſeſſionē immittit ſine cauſe cognitione, non ſeruatis ſeruandis, vel ſine citatione procedat. quāuis notorie conſtaret de nō iure ſpoliati agentis, tamen poſſeſſionem reſtituere eundemq; reintegrare debebit. Cum eundē ſine citatione poſſeſſione priuare nō debuiſſet, conſequenter ſpoliare. d. l. meminerint. Quod intellige niſi ſpoliatus iā prius in ea re occupāda vim perſone intuliſſet. vt dicam. in fallen. 44. in quo ſaluarem Crauettam. XXXIIII.

69 FAllit in his iuribus que non ſunt iuxta de ſe penes priuatas perſonas ſeu que ſunt ṗter legem, nam ſpoliatus ab illis nullo modo reſtituēdus eſt. niſi de ſuo titulo edoceret, Cyn. & Petrus in l. ſolēnibus. C. de fide inſtrum. Vnde Florian. in. l. ficuti. iu. §. ſed ſi queratur. ff. ſi ſeru. vendic. dixit ꝙ quando ṗſens ſtatus origini nō contradicit, neq; conſenſit, ſed eſt ṗter eius rationem ſiue naturam, vt quia quis in quaſi poſſeſſione vectigalis exigendi eſſe reperiatur vel in loco iuriſdictionis exercende ſimiliūq;, tunc quaſi poſſeſſio nō prodeſt niſi de titulo edoceatur, ad quod Bar. in. l. herēnius. ff. di decur. Vñ Lucas de pēna. in. l. quecunq; C. de fundis limit. lib. xi. Dicit ꝙ ſi aliqs reperitur poſſidere regalia in terris demanii Regis aut demania baronum in terris eorum ea niſi oñdat priuilegium tenēdi dimittere tenetur. Quod ēt refert Capicius. in deciſ. 77. & vide ſuṗ. falen. 22. verſic. ſequitur. XXXV.

70 FAllit in poſſeſſore ficto vigore ſtatuti vel conſuetudinis qui vere poſſeſſionẽ non apprehendiſſet. Exẽplum vbi ſtatuto cauetur poſſeſſionem defuncti heredibus continuari. que de iure non cõtinuatur vulgata.l.cum heredes.ff.de acquiren.heredit. Nam ſi heres ſpolietur non gauderet beneficio reintegrande. ſed tantum vti poſſet interdicto adipiſcende. l. fin. &.l.inuaſor.C.vñ vi. Bar. in.l. ſi de vi. ff.de iudic.Bal.in auc.defuncto. C ad tertul.in col.penul.quem ibidem in addit. ſequitur Alex.& in ſuo conſil. 37. in 5. vol. Boerius in deciſ. 238. in fine. Subdens per Iohã.Fabrum.in.§.ꝑ.& in.§. retinende.inſtit.de action. Eum agere poſſe de vi turbatiua. Que tamẽ fallentia limitanda ẽ in terminis. l. ꝙ meo.& l.prime.in.§.ſi iuſſerim. l.titulo nr̃o. Late dicemus. in ampliat. 44. ¶ Per que ibidem dicenda de Principe inueſtiente,per anulum, hec fallentia reditur periculoſa. Niſi vel dicas ꝙ in terminis iſtius fallentie non preſupponimus actũ corporalem,de quo ibi. Sed ſolã & ſimplicẽ ſtatuti diſpoſitionẽ cõtinuantis,& nõ ſubdẽtis,vt talis ficta pro vera poſſeſſiõe hẽatur.de quo ibi dicã. XXXVI.

71 FAllit in eo qui de beneficio ab ordinario prouiſus eſt,nam ſi ab alio qui prouiſus eſſet a Papa de eodẽ beneficio (quod puta vacauerat in vno de ſex menſibus per Regulam Cancellarie reſeruatis)ſpoliaretur. Reſtitui non deberet. Bellem. in deciſ. 342. Ex ratione quia reſeruatio nedum titulum ſed etiam poſſeſſionem inficit. vt not.in.c.ſi eo tempore. de elect.lib.vi.& in.c.vt noſtrum. de appellat.habetur in antiquis deciſ. 7. &. 56. Caſſiador.in prima deciſ. de reſtit.ſpoliat. ¶ Reſeruatio enim id operatur ne videlicet, poſſeſſionem habere dicatur. Dummodo ſpecialis non generalis reſeruatio eſſet. vt in.d. deciſ. 7. niſi generalis eſſe notoria de qua cõſtaret. & cum decreto irritans.&c. iuxta c. licet.de ꝑben.in.vi. Nam tale decretum habet implicitam inhibitionem,vt ecõtra Caſſiad. vbi.ſup.deciſ. 2. Vnde reſeruationes Capellanorum Collectorũ Subcollectorum,non impediunt reſtitutionem cum poſſit eſſe dubium vtrũ talia beneficia reſeruata dicantur. cõſequenter in reſeruationẽ de qua ſupra cõprehendantur. hec Rota in nouis. deciſ. 16. ¶ Sed aduerto ꝙ hac ratione ſtãte videlicet ꝙ poſſit eẽ dubiũ &c. deſtrui videretur id quod vltimo loco Caſſiadorus dixit in prima. deciſ. ꝙ in literis prouiſionis beneficiorum collectorum dicitur. dudum beneficia collectorum reſeruauimus irritum decernentes &c. Itaqȝ generaliter vult ꝙ vbi decretum apponatur ibidem reſtitutio impediatur. Sed hoc videtur eſſe falſum per rationẽ de qua vbi ſupra.per Rotã in nouis. Vnde dubius eſt paſſus vt dicitur in in fine ꝑfate Rote ac ſuper eo cogitandum. ¶ Contra fallen.facit quia in remedio Canonis reintegrande. 3. q. prima.ſola poſſeſſionis probatio ſufficit. vt per.d.Antonium,in.c. ſepe. eodem poſt Innocen.vbi etiam Abbas. & in.c. cum ad ſedem. Qua de re videtur eſſe dicendum ne infectio cauſata ex. d. reſeruatiõ obſeruari debeat. Item ſi fallentia ſtaret via procurandi ſpolia eſſet aperta cõtra.l.meminerint. C. vnde vi. c.licet.Epſ.de ꝑbend in.vi. & quis ſibimet ius diceret. Contra.rubr.C. ne qs in cauſa propria &c. Sed reſpondetur ꝙ per reſeruationem tollitur omnis effectus iuris atqȝ fit ne poſſeſſor beneficii (quiue de eo ſpoliatus ſit) Remedio.d. Canonis vti valeat dumo reſeruationis inſtrumentum,notoriam rem hoc eſt notorium non ius agentis reintegrande reddat. nam ex tali reſeruatione poſſeſſio dicitur diſcolorata.nõ autem quando de non iure agentis aliter conſtaret vt per Caſſiad.vbi ſupra num.6.hoc ẽ non ius ipſius nõ cõſtaret ex facto ſuo.

vbi vide. Quod rem notoriam reddit
vbi contra illud inſtrumentum nil co-
loratum opponatur iuxta not. per. d.
Antonium,in.c.in literis.de reſcript. p
Ioh.an.in addit.ſpecul.in titulo de ex-
ceptionibus §.1.verſic. Aureus. ¶ Vel
minus poſt concluſionem in cauſa no-
torium fiat. Nam tunc probationes rē
notoriam reddunt. vt per Abbatem &
Imolā.in.c.ſignificauerunt,de teſtibus.
¶ Per quam ſolam rationem videlicet
quia tollitur effectus iuris &c.(ſi recte in
tueberis) Socin.in.l. rem que nobis. in
6.queſtioñ.dedit vnam reſponſionem
argumentis Aretini in.§.noſtro. in pe-
nul.col.¶ In quo tamen aduerto ꝙ nō
eſt ius agentis id quod reſtitutionē ante
omnia fiendam competere faciat. Sed
odium ſpoliatoris.vt etiā dicit Abbas.
in.c.ſuper queſtionum.in num. 8. eo-
dem,& probatur in Clementina prima,
vbi Paul.de Eliazariis,& Ioh.de Ligna
no,de cauſa poſſeſſ. & propriet. Pro-
pter quod Socini reſponſio inepta eſſe
videtur. ¶ QVAPROPTER cō
cluderem, ꝙ ſi ſpolium in perſonā vim
inferendo commiſſum eſſet. fallētia nō
procedat. Sed diſpoſitioni. d. l. ſi quis
ad ſe fundum locus exiſtat. &.l.ſi quis ī
tantam in ſuis terminis vt alias in prima
fallentia intellexi. hoc eſt ad ſimilitudi-
nē illius legis ius reſeruationis amittat.
Do rotam in nouis.393. num.4. facit
quia Clericorum arma ſunt lacrime vt
dixeram in fallen.14. Circa finem. Er-
go &c. ¶ Nec obſtat ꝙ reſeruatio ope
retur ne talis poſſeſſionem habere dica-
tur,quia illud procedit ficte nos autem
ꝓſupponimus veritatem. ꝙ videlicet ve
re ſpoliauerit vt ſupra. In qua vera vio-
lentia ſuccedit odii ratio. ex qua leges ꝑ
fate fundantur. Veritas enim fictioni ꝑ-
ferēda eſt.vt in noſtra materia ab aliud
propoſitum dicit afflictus in deciſ. Nea-
polit.299.Ergo &c. ¶ AVT Spoliū
ſine violētia perſonali de qua ſupra fuiſ
ſet,& tunc fallētia noſtra procedat.ſal-
uata vt ſupra per Socinum, ac ſi reſerua
tiuus nō ſpoliaſſet. Neq; cōtra poſſeſſo
rē ius ſibi dixiſſet. Ex quo vigore noto-
rie reſeruationis pro poſſeſſore non ha
bebatur vt ſupra. Sed potius vacantem
poſſeſſionē adeptus eſſe videatur. Quic
quid quidā dixerint volētes per reſerua-
tionē non eſſe infectam naturalē ſed ci-
uilē tantum poſſeſſionē,de quibus in an
tiquis deciſ.56.nam in remedio reinte-
grande circa beneficialia ius magis attē
ditur ꝙ factum. Inde ē ꝙ reſtitutio abſq;
titulo ſaltim colorato non datur ſecun
dum oēs in.c.in literis. per rationē ſepe
dictam,ne detur vitioſus ingreſſus con-
tra.c.vnico.de eo qui immittitur in poſ
ſeſſ.cauſa rei ſeruā.in.vi dixeram.in fal
lē.22.Exēplatur per Caſſiador. eodē.in
deciſ.8. ¶ Que in ſpolio non violento
vt ſupra procedūt,niſi poſſeſſor ipſe ſpo
liatus lite pēdente extitiſſet. nam tūc ad
recuperandam poſſeſſionē iudicis offi-
cium daretur. Quod nedum poſſeſſori
ſedet nudo detētori pro recuperāda im
partitur.vt notat Innoc.in.c.dilecti.de
maior.& obedien.dicit Rota ꝑfata.56.
Melius tñ dr per Caſſiad.in deciſ.3.eo-
dē.Quod in viridi obſeruantia eſt,vt iu
dex notorie non ius habēti reſtitui non
permittat.Et ex officio ſuo reuocare at
tētata non poſtponat.In antiquis.deci-
ſioñ.5.ſed ſequeſtret vt tenuerunt Bu-
trius ī.c.ī liter.& Frācus.in.c. bone.de
appell.in.vi.¶ Quod aūt dixi mō de li-
te pēdente, intelligo ſi per attētatorum
viā reintegrari petatur.& tūc non opor
teat titulum colorari. Rota.in nouis.
14.quāuis Abbas in.c. in literis. eodē.
num.26.aliud velit. Atq; dicunt non
colorari titulum cum & ſi non appare-
at de non iure agētis tñ quia ius oſtendi
tur,& iudex,reuocantur.Si vero appa-
ret non fiet reſtitutio eidē. Sed ab habē-
tē poteſtatē tertie perſone prouidēdum
ē vt hr in.d.Rota.14. vbi quatuor diffe
rētie ponuntur,An per viam attētatorū
vel per viam interdicti vnde vi ad poſ-
ſeſſionē recuperandam procedatur Vi-
dēdus ē Caſſiadorus in deciſ.3. vbi ſuꝑ

ſignans

ſignans alias differentias remiſſiue vt p Butrium,& Abb.vbi ſupra. ¶ Que etiã de ſpolio ſiue violentia procedunt niſi agẽs poſſeſſorio ipſo,initatur etiam reſeruatione vt quia veniat ex collatione inferioris a,Papa beneficia huiuſmodi conferendi poteſtatem habentis. ¶ Vel ex collatioe exequutoris deputati a,Papa in forma communi, nam tunc ratione deficiente fallentia ceſſat. vt Bellem. deciſ.6. ¶ An autem poſita ſub hac fallentia procedunt in decreto irritãs &c. .Adpoſito (vt conſuetudinis eſt magis q̃ de iure)in literis acceſſus,& regreſſus, atq; cohadiutorie,cum futura ſucceſſione que in reſeruatioñ ſpeciali &c.Caſſiador .eodem de reſtit.ſpoliat.dicit ꝙ ſic. Secus in decreto alternatiue Epõ côceſſo. Vbi etiam dicitur ꝙ hec in decreto beneficii vacaturi procedunt non aut in appoſito iuxta prouiſionem vacãtis (quod non eſt obliuioni tradendum) ſuper ratione diuerſitatis Dñi de Rota variarũt adeo ꝙ vltimo loco recurſum habuerunt ad.l.nõ omniũ rõ reddi poteſt.ff.de egibus. XXXVII.

72 TAllit in intruſo côtra formam.c.ii.vt lite penden. nã ſi ſpolietur vigore exequitorialium ab eo qui in poſſeſſorio obtinuiſſet non erit reſtituendus vt per Caſſiadot. deciſ.9.de cã poſſeſſ.& propriet.cũ allegat.Immo ip ſa intruſio per viam attentatorum reuocaretur. Sicuti fieret trãſlatio poſſeſſionis ĩ alterũ facta,verbi gr̃a permutationis in alterũ facte Rote ĩ nouis deciſ.3.In antiqs.5.Caſſiad. vbi ſupra. ¶ Quis aũt dicatur intruſus Calderinus poſuit in côſil.12.nedũ. qui bñficiũ ſine titulo vel tituli colore occupat: ſed & ſi cũ colore non tamen canonico Addas.l.fin.C.vn. ui. XXXVIII.

73 TAllit in poſſidente vigore reſignationis in ſui fauorem facte in manibus Pape eum ſimpliciter admittẽtis de beneficio electiuo , puta Abbatiatus decanatus ſiue prioratus alteriuſue ſine conſenſu eligere debentium. nam ſi intra trimeſtre tẽpus,quod datur eligentibus poſſeſſioñ ſpoliaretur nedum non ante omnia, ſed nec aliquo modo reſtituendus eſt. Boerius in deciſ.2.in lib.p̊.num.34.ex ratioñ. Quia in p̃iudicium eligere debẽtium aliquo modo reſignari non potuit.per.c.1.& 2. de elect. Cum quo tranſirem in ſimplicibus terminis admiſſionis,& non alio modo,nam Papa ſimpliciter admittendo velle non videtuř iuri tertii derogare,dicit enim princeps quãuis legibus ſoluti ſumus tamen legibus viuere volumus·l. ex imperfecto . C. de teſtam.l.digna vox.ff.de legibus.eſt bonus tex.in.c.propoſuit . ibi intentionis noſtre non eſt.de conceſſ.p̃ben . Induco etiã Andr.de Silua in tractatu de benef.in tertia parte in prima queſt . dum vult ꝙ litere Pape nunquam p̃iudicant electoribus niſi exprimatur. Vnde potius dicendum eſt ꝙ Papa ſimpliciter admittendo non fuerit recordatus licet enim diuinare vt legum correctio euitetur.c.cum expediat.de electiõn.Item induco quia in dubio non cenſetur Princeps vti poteſtate ſupra legem.habetur in.l.ii.C.de teſtam.milit. ¶ Quare côcludo talem ſimplicem admiſſioné nullum tribuere ius,conſequenter ſpoliato agenti poſſe obiici defectum notorium ſui iuris.de quo in.c.ad decimas.eodẽ. in.vi. ¶ Vel notoria exceptio defectus proprietatis.de quo in.c . conſtitutus. de filiis p̃sby.habetur in.c. in literis eodem,& pluries diximus . ¶ Quod tamẽ limito niſi in literis cauſa clauſa in corpore iuris inſerta eſſet . ¶ Vel tali ratioñ ſubnixa, que Papã ad derogandũ veriſimiliter traxiſſet . argumento . c. ſuper literis. de reſcript . ¶ Vel ſi cauſa non ſit,nihilominus idem ſi Papam plenitudine poteſtatis vti voluiſſe pateret. In bñficialibus enim dicere poteſt: Ita volo.ſic intelligo textũ in. d.c.propoſuit.ibi qui ſecundum plenitudinem

poteſtatis de iure poſſumus ſupra ius
diſpēſare.ſic etiam.habetur in.c.ii.de p̄
ben. Videndus eſt Silua. in ſecunda par
te in.q.prima.de bn̄f. XXXIX.

FAllit.in eo qui naturali-
74 ter tātum poſſidebat,qui-
ue a,ciuiliter tantummo-
do poſſidente ſpoliatus ex
titiſſet. Ex ratione Bartoli
in.l.1.§.interdictum.ff. vti poſſid. Illa
videlicet quia naturaliter poſſidens ſem
per ciuiliter poſſidentem turbare vide-
tur. Vnde etiam violenter expelli potu
it. Iuxta.l.vt vim.ff.d iuſtit.& iur̄.Abb.
& doct.in.c.cum veniſſent. eodem. etiā
cum armis,atq; frangere hoſtium clau-
ſum,ſi propter clauſuram naturalē poſ
ſeſſionem recuperare impediretur.Bar.
in.l.3.in.4.queſtion.C.de pignor.Cor
neus in conſil.193.in prima colū. & in
conſil.28.col.3.lib.3. Curtius Iunior.
53.col.fin.Crauet.conſil. 6.num.12.
℃ Intelligitur tamen habere ciuilem ne
dum qui propter abſentiam ſuā,& igno
rantiam occupationis facte de naturali,
ſed ꝙ oporteat eum probare neminem
in fundo illo reliquiſſe. Alias per eum
qui in fundo remanſiſſet puta colonum
ſicut etiam ciuilis & naturalis retinetur,
ita (& eo deſerente) amitteretur.Socin.
in conſil.15.col.ii.lib.4.dūmodo tota
familia expulſa fuiſſet.vt per Gozad.in
cōſil.86.& Crauett.vbi ſup̄.℃ Redeun
do ſi naturaliter tantum poſſidēs expel-
latur,nedum non ante omnia, ſed nec
aliquo pacto erit reſtituendus. faciunt
que Imola in.c.potuit.locati. ℃ Que
ratio dicta concludit ne hoc procedat
in vſufructuario qui naturaliter tantum
poſſidere dicitur.vt in.l.noſtra vel in a-
lio qui iuſte naturalem poſſeſſionem re
tinere poſſet. talis enim naturalis alio
reſpectu appellatur ciuilis vt dixeram L.
l.1.num.24.Vbi tenui ꝙ ēt ciuiliſſima
appellari meruiſſet. Propter quod ſi
vſufructuarius ab alio ſpoliatus extitiſ-
ſet nihilominus & ipſe ciuilem (hoc eſt
ea que in animo tantum fundata eſt vt
cōmuniter vocant) habere dicetur. Ap
pellaturq; ciuiliſſima vt oſtendatur ad
ſe trahere naturalem.non obſtante ciui
li apud alterum vel etiā ipſum proprie-
tariū (de quo Abbas.in.c.olim. num.
12.eodem) exiſtētem. ℃ Fallentia hec
eſt ſatis optima qua de re concludendū
eſt ꝙ ſi reuerſus a,nundinis. de quo in.
l.clam poſſidere. Violenter expelleret
naturaliter ingreſſum vt ſupra. (dūmo-
do quāprimum ei facultas competiſſet
id feciſſet) expulſus non ante omnia re
ſtitueretur. Secus ſi non quāprimum vt
ſupra. Sed paſſus eſſet alterum aliquan-
tiſper in poſſeſſione morari, nam tunc
ex illa patientia ſua etiam ciuilis perde-
retur.Bar.& omnes.in.l.ſi de eo.in.§.p̄
eodem.Abbas in cum veniſſent eodem
in vltima col. Crauettam vide referen-
tem oltradum in conſil.72.Incipiente.
ante contra ſaracenos in fine dicentem
ꝙ id quod agit ſpoliatus pro recupera
tione Rei ſue dicitur defenſio & ſpolia-
tionis nomen ignorat. XXXX.

FAllit vbi qui ſpoliauit in
ipſa poſſeſſione per Papā
ex certa ſcientia ac ſpolia
75 tionis,ſeu intruſionis, mē
tione facta cōfirmaretur.
vt Rebuffus in tract.de Pacificis poſſeſ
ſor num. 259. Latius in Ampliat.
19. dicam. XLI.

FAllit in eo ꝗ quāuis a,poſ
76 ſeſſione deiectus ſit nihilo
minus eam retinere dici-
tur,ſi eius ſeruiētes adhuc
in eadem. poſſeſſione cō-
morentur. non enim tunc ſpoliatus di-
ceretur. eſt tex. in. l. prima,in.§.non
alii.ff.de vi & vi arm. Refert afflictus
in Neapol. deciſioñ. 300. in fine.
Credo tamen ꝙ ſi deiectus Redeun-
do ad poſſeſſionem per occupantem
nō admittatur. Bñficiū.d.l. ſi quis ad ſe
fundum.vti poſſet.vel. c. reintegranda
vt cōiter indiſtincte cū intelligūt Argu-
mēto dictorū in.4.ampliat.dū dixerā ꝙ
ſi deficeret vnus nūmus &c. XLII.

FAllit in ſpoliãte qui voca-
batur puta. C. & agit peti-
77 torio non voluntarie ſed
potius coacte. hec eſt fa-
cto aduerſarii ſui, B. Nam
quãuis Aduerſarius ipſe inſtet ante om-
nia reintegrari, vel ſaltim poſſeſſorium
terminari. non propterea reſtituendus
eſt. Ex quo ipſe. B. Aduerſarius ſimili
modo ſuſpenſo poſſeſſorio reintegran-
de (ſuper quo fuerat condemnatus &
ante exequutionem ſpoliatus a. C) age-
re petitorio ceperat contra. A. qui ip-
ſam condemnationem obtinuit. Ratio
illa eſt quia ſi. C. ſciens cauſam petitorii
per. B. cõtra A. agitari taceret, ſibimet ĩ
petitorio p̃iudicari poſſet. Iuxta. l. ſepe.
ff. de re iudic. habetur. in. c. cum ſuper.
eodem titulo, Clarum exemplum eſt in
vltimis deciſ. Rote. 18. ĩ verſic. Ricchar-
dus. Et imputandum eſt eidẽ. B. Qui an-
te finitum poſſeſſoriũ. contra petitoriũ.
A. inchoaſſet vt in eadem Rota. XLIII.

78 FAllit in intruſo in Roma-
nam ſedem violenter. qui
ſi ſpoliaretur nõ ante om-
nia (hoc eſt antequam ſu-
per electione cognoſca-
tur) reintegrari deberet. Dicit ſpecul.
in titulo de Petitor. & poſſeſſ. in. § quo-
niã. per tex. iii. q. prima. c. fin. § patet.
Per rationem quia ſi reintegraretur non
adeſſet iudex coram quo conueniri poſ-
ſit hec ratio ceſſat in Epis inferioribus
vnde in eis fallentia ceſſet. XLIIII.

79 FAllit in ſpoliato ab admi-
niſtratione propter pro-
batã dilapidationem. c. li-
cet Ely. § quia vero. de Si-
mon. Specul. vbi ſupra
quod eſt rõe criminis cõmiſſi. ¶ vñ gña-
liter dicendũ ẽ in ſpoliato a iudice pro-
pter delictũ ita ꝙ ſpolium vel pars pene
vel tota dicatur. In qua gñalitate pluri-
mo caſus quos ibidem ſpecul. fallentias,
vocat dum allegat. c. de manifeſta. 2. q.
prima. & c. euidentia. de accuſ. in hac ſo-
la comprehendamus. ¶ Et nihilominus
aduertendũ eſt ꝙ quia in his iuribus ha-
betur iudicem (vbi notorium delictum
eſſet) ex officio quem poſſeſſione priua-
re poſſe, vt etiam notatur in. c. accuſa-
tum de ſimonia. ideo magnam limita-
tionem ad ea que diximus in fallen. 39.
in fine dum ibidem dictum ẽ ſpoliatum
etiam violenter non poſſe ex interual-
lo ſuam poſſeſſionem recuperare habe-
mus. nam p. d. iura patet id limitari vbi
notoria violentia eſſet qa ex officio iu-
dex prouidebit. Argumento, rubrice. C.
ne liceat potentior. nã talis violentia de-
lictũ eſt. faciũt que infra in. fallen. 58. &
vide ſupra in. 33. fallen. cõueniũt hic po-
ſita. in. c. ſignificaſti. de diuort. XLV.

80 FAllit in ſpoliato qui per
viã exceptionis non actio-
nis ſpolium propoſuiſſet
non enim ante omnia re-
ſtituetur etiam ꝙ per pro-
bationes iã factas de ſpolio notorie con-
ſtaret, ex ratione quia exceptionis finis
non conſequi eſt ſed ſe tueri. Quod pro
intellectu. c. Ecce. 24. q. iii. dum dicit cri-
mina vbicũq; clareſcãt punienda eſſe, no-
tãdũ eſt. ¶ Pro hac fallent. facit Abbas
in. c. cum dilectus in. 6. not. de ordiñ co-
gnit. vbi quãuis loquatur de exceptio-
ne propoſita cõtra ciuilem actionem ea-
dem rõne tenet qñ cõtra criminalem. Se-
quendo ſpecul. &. d. Antoniũ, ad num.
18. vide glo. in. d. c. in verbo. in modum
necnõ diſtingue aut crimina talia ſuper
qbus ex officio procedi valeat. & fallen-
tie ſit locus alias minime, etiam omnino
vide que in ampliat. 51. dicam. XLVI.

FAllit in ſpoliato qui pe-
tat reintegrari ab eo qui
81 prius cõtra ſe diuerſo mo-
do egiſſet, nã ſecũda que
eſt qõ ſpoliationis nõ fa-
ciet in prima ſuperſederi. Sunt enim mu-
tue petitiones vt dicit glo. in. d. c. cũ dile-
ctus. in verbo modũ. de ordine cognit.
¶ Niſi prima queſtio mota criminali-
ter fuiſſet vel in ſpolio de maiori parte
bonoꝝ vt ſpecul. dicit in rubr. de petit.

& poſſeſſ. nam quia taliter ſpoliatus ob
facultatuũ defectũ cauſam perdere poſ-
ſet, ideo ſuccedit id quod nec nudi con-
tendere neq; inermes inimicis oppone-
re nos debemus. habetur in. c. oportet.
& in. c. frequens. de reſtit. ſpoliat. in. vi.
Vnde ante omnia hoc eſt antequam ſu-
per prima cognoſcatur, in his duobus
caſibus eſt reſtituendus. & hec fallentia
limitatur ſic per ſpecul. de cã poſſeſſ. &
propriet. §. p̃. verſic. illud. quem Abbas
in. c. cũ dilectus de ordiñ cognit. num.
17. Sequutus eſt. Referens hoc eſſe mi-
rabile q̃ actio operetur effectum ſuſpen
ſiuum cuius natura eſt operari effectum
cõſequutiuum. Quod vltimum tu ſubli-
mita vt dicam. in ampliat. 51. XVII.

82 Fallit ĩ ſpoliato ab eo quẽ
ipſe paulo ante ſpoliaſſet
dicitur enim non ſpoliaſ-
ſe ſed ſuam poſſeſſionem
continuaſſe. Abb. in. c.
olim. el. p̃. num. 9. eodem. non ſic ex in-
teruallo tunc enim dicitur guerra ſiue
vindicta. vt ibi Abbas. de hoc in. 19. fal-
lẽ. dixi. di cã in ampliat. 24. in fine per q̃
hic non me extendam. XLVIII.

83 FALLIT in ſpoliato qui
a non malitioſe abſente
integrari petat ſpecul. vbi
ſupra. per. c. conſultatio
nibus. de officio deleg.
Nam non reintegraretur quamuis in
poſſeſſ. cauſa rei ſeruande mittendus ſit
vt ibidem notatur deinde procedendum
erit ad ſecundum decretum cum hic ſen
tentia diffinitiua non requiratur. Vnde
hoc abſq; litis conteſtatione fit vt Ab-
bas ibidem. ¶ Quod minime eſt in poſ-
ſeſſ. recuperande ſiue adipiſcende. Sunt
enim hec maximi preiudicii, propterea
(vt dicit hic Bar.) ordo neceſſarius erit
itaq; conteſtãtio litis. que contra abſen-
tem fieri nequit auc. offeratur. C. de li-
tis conteſt. ¶ Sed aduerto q̃ hec ratio
conuenit & ſi nõ iuxta de cauſa abeſſet.
Item regulariter alteri conditio iniqua
ferenda non eſt vt in vulg. ſpoliato igi-
tur p̃ñti alterius abſẽtia iuxta nõ hẽt p̃iu
dicare. ¶ Vñ cogito rõnẽ in. d. c. eẽ. illã
quia ſpoliatus illas lr̃as impetrauit conti
nẽtes cãm decidẽdam poſſeſſionẽq; reſti
tuendã eẽ infra certũ tp̃s. in quo abſens
ſui p̃ñtiam exhibere nõ potuiſſet. Abſen
ti igr̃ iuxta de cã per p̃ñtem illo mõ im-
petrãtẽ iniqua cõditio afferri nõ debuit.
hoc mõ nõ aliter cũ hac fallẽtia tranſibo
videlicet infra tempus veriſimilis noticie
& infra quod abſens comparere potuiſ-
ſet. iuxta. l. primam. ff. ſi quis caution.
¶ Quã tñ limito non procedere vbi cũ
perſonali violẽtia ſpolium commiſſum
fuiſſet. hoc modo reſtringo diſpoſitio-
nẽ prefati capituli, vt minus regula no-
ſtra offendatur. argumẽto. l. ſi quando.
C. de inoffic. dot. cum ſimil. & vulgar.
Eo enim ipſo quo violentiam perſonalẽ
commiſit cogitare debuit ſpoliatum eſ-
ſe reclamaturum. Pro quo do textũ in.
d. c. olim. El. p̃. in verbis. ibi & quos con
trouerſiam ſe moturos ſuſpicari debue-
rat. eodẽ. titulo. nr̃o. in odiũ igitur vio
lẽti puto abſq; litis cõteſtatione ac tẽpo
ris curſu expectationeq; ſpoliatũ eẽ reſti
tuendũ. ¶ Atq; finaliter cõcludo, q̃ hec
fallẽtia nõ procedat ĩ terminis d. l. ſi quis
ad ſe fundũ. vbi perſonalis eſt violẽtia. vt
eã intelligo. & in examine ip̃ꝰ regule di-
xerã ſed tñ in terminis. d. l. ſi quis in tan
tam, vbi vis non dr̃ perſonalis. Sed ẽ rea-
lis. vt ibi alienarum re℞ &c. ¶ Que lex.
videtur obſtare ſi recte intueberis quia ſi
mili modo vult ſpoliatum añ omnia eſ-
ſe reſtituendum. nam quia vult ſpolian-
tem ſi quod ius habebat amiſiſſe, multo
fortius ſpoliatum eſſe reſtituendum. cũ
ſi dominiũ p̃dat de eo excipere nequeat
igitur vt reſtituat. argu l. ii. ff. de iis qui
ſunt ſui vel alieni iur. ſed dic illud a, pre
ſente quãuis de dñio excipiẽte. XLIX.

84 Fallit in ſpoliato cui poſ-
ſeſſio ſub conditione tra-
dita eſſet nam ſi conditio
ne pẽdente ſpolietur non
eſt reſtituẽdus. d. c. olim.
El. 2. eodem. Quod procedit quia con-

ditio reſpicit ſpoliantem ipſum hoc eſt
ſi voluerit talis & ille talis fuerit ipſe ſpo
lians eo enim ipſo quo ſpoliat, tacite ſe
nolle declarat. conſequenter eum non
poſſidere & quoniam primus ille qui de
dit poſſeſſionem a ſe abdicauit ſequitur
ꝙ ipſe ſpolians vere ſpoliare non dici-
tur, ſed vacantem poſſeſſionem occupa
re. tanquã ſibi ratione ſui iuris pertinen-
tem, & reuertentẽ vt ibidem. ¶ Quod ẽt
procederet vbi ſpolium fieret cum vio
lentia per eandem rationem, quãuis vio
lentia quoquomodo tunc punibilis ſit.
cum crimina vndecunqꝫ claruerint pu-
nienda ſint vt i iurib' vulg. nõ ſic vbi a, ter
tio ſpoliaretur tũc. n. rõ de qua ſupra ta-
cite declarationis ceſſat. igitur &c. L.

85 Fallit in ſpoliato qui con-
tra leges poſſidebat non. n.
reſtitueretur vt eſt textus
in. l. fin. C. vt nemo priuat.
titulos prediis ſuis &c. Vn
de poſſidens publicas res vt ſuas impune
atqꝫ violenter expelli poſſet. nec reſtitue
retur. ad ꝑ eſt tex. in. c. quia quorundã.
de exceſſ. prelatorum. LI.

86 Fallit in colono ſpoliato
a, domino ipſius Rei con-
ducte nam quãuis violen-
ter nõ tamen reſtituetur.
l. cum fundum. ff. de vi. &
vi. arm. vbi glo. in verbo poſtea dũ po
nit opin. Ioannis. ¶ Quod intellige vbi
prius ipſe colonus dominum in poſſeſ
ſione ſua nõ admiſiſſet, vt ſũt termini ꝑ-
ſate legis. Alias vis quoqꝫ puniretur,
nec alio mõ id quod ſpecul. in fallẽ. 17.
ponit, procedere puto. dũ loqtur de ſpo
liato qui ꝑcario vel grã poſſidebat, hoc
ẽ abſqꝫ tẽporis ꝑnitione. al's ſi infra tẽpus
ſpoliaretur eatenus reſtituẽdus eẽt quate
nus de facto poſſidere debuiſſet. argu. l.
que de tota. ff. de Rei vendic. LII.

87 Fallit in ſeptem caſibus in
quibus maritus vxoꝛ ſpo
liatus nõ eſt reſtituẽdus.
Puta ſi vxor probet ali
quod impedimẽtum ma
trimonii ſeu conſanguinitatem. Sed an-
tequam illud probet reſtituetur. opor
tet igitur ꝙ incontinenti parata ſit. c. ex
conqueſtioñ. eodem. ¶ Vel ſi vir ſit ni-
mis auſterus ſeu eam violenter iniuſteue
poſſideat. & virgo ſit atqꝫ corrumpi ti-
meatur. cum ceteris vt per ſpecul. de pe-
tit. & poſſ. in fallẽ. 26. & ponit Abbas. in
c. ex tranſmiſſa. eodem. ¶ In quo tamẽ
notandum eſt ꝙ quãuis maritus (quia
ſit excommunicatus) non audiatur pe-
tens reſtitutionem vxoris, nihilominus
ex officio iudex eam reſtitui faciet. Ar-
gumento. c. ꝑ. &. c. debitores. de iure iu-
ran. ſic ſpecul. vbi ſuꝑ. Quod ſit ob eui-
tãdũ periculũ fornicationis. dicit Felyn,
in. c. fin. num. 22. de ordiñ cognit. arg.
c. ex parte de conuerſ. coniugat. LIII.

88 Fallit vbi Predo ſpoliatus
reintegrari petat a, ſpoli-
ante a, quo ſimili modo
Dominus ipſius Rei rein
tegrari velit excipiendo
contra predonem ipſum ne reſtituatur.
nam Predo ipſe audiri non debebit. l.
bonafides. ff. depoſiti. c. in literis. eodem
ſpecul. vbi ſupra. Socin. in regul. ſpolia-
tus autem omnia. dixi in fallen. 9. circa
medium. vbi pono caſum in quo prius
dominus ipſe ſpoliatus extitiſſet hic ve-
ro non. Qua de re vt hec fallentia pro-
cedat opus ẽ vt de dominio ſtatim oſtẽ
datur argumento, tex. cum gloſ. in ver
bo ſũmatim. in. l. prima. ff. ad exhiben.
¶ Puto etiam ꝙ ſi tantummodo. Semi-
plene fuiſſet oſtenſum quandoqꝫ ſuffici
at ad differendam reſtitutionem ſpolia
to fiendam vt in. d. l. prima. arguendo
per locum a, ſpeciali. C. de dilat. ¶ Vñ
ſecundum facti qualitatem arbitrium fe
rendum eſt, vtrum (& ſi non plene pro
baſſet) reſtituendus ſit, antequam actor
ipſe audiatur. Pro quo Addo vnam de
ciſ. Caſſiad. 2. ſub rubr. de dilation. & id
quod dixit Abbas. in. c. 2. de ordine co
gnit. num. 35. ¶ Nihilominus quia nil
commune habet propriet cum poſſeſ
ſione. vt hic. & ex diuerſis illatio nõ fiet

maxime in alterius impedimentũ. quod
cõtra hanc nr̃am concluſionem ſatis vr-
get, opus erit ꝙ iſte dñs excipiens inter-
dicto adipiſcende vtatur, vt alias. in fal-
lentia. 3. in verſic. vltimo loco &c. & in
fallen. 9. dictum eſt. ¶ Quis autem ſit i-
ſte pdo declaraui in fallen. 16. in verſic.
aut nõ attentauit &c. Addo etiã ꝙ in poſ
ſeſſorio hñte cãm proprietatis admixtã
eo ipo quo'q s q ſpoliauit cũ violentia
nõ probat q̃ſi proprietatem illius iuris
dr̃ eſſe predo vt dixi in fallen. 8. LIIII.

89 Fallit ubi ſpoliator nõ eſt
ſoluendo c. olim. el. 2. de
reſtit. ſpoliat. Quod intel
ligo ſi nec in equiualenti
vt ibi glo. magna. nã ina-
nis eſt actio quã inopia debitoris exclu-
dit. vt ibi text' niſi iopia ſit ob cãm ſpo-
liatoris q ad ludũ vel ſcortũ diſſipaſſet,
nã tũc reſtitutionis loco triremes dãda
eſſet. ſiue bannũ. impropria fallẽtia eſt.
ſimilia vide in Ampliat. 23. LV.

90 Fallit ubi ſpoliaretur nudus
detentor ipſius rei. c. olim.
el. tertio eodem. late in am
pliat. uigeſima tertia di-
cemus. LVI.

91 Fallit ubi malefidei poſſeſ-
ſor ſpoliatus extitiſſet. atq;
res ipſa ſine uitio ad verum
dominum perueniſſet. c. ii.
de ordin. cognit. in uerſic.
uerum. ubi Abbas. num. 13. ibi ſine do-
lo & uiolentia, & per Bal. in. l. ſi quis em
ptionis. ſ. 9. ſed hec ſuper illis. ubi ponit
bona uerba. C. de pſcript. 30. ãnorũ. Hu
ic fallentie addo gloſã in. c. ad decimas
in fine. eodem in vi. ibi proprietas ergo
p reũ probata ipm in poſſeſſione defen
dat. ¶ Si uero nõ ſpoliatus ſed ipſe poſ-
ſeſſionem trãſtuliſſet & ſi dolo ductus &
bonefidei erat. uide in fallen. 67. LVII.

92 Fallit ubi ſpoliatus ageret
petitorio & poſſeſſorio
ſimul: tunc enim ſi Reus
conuentus de ſuo domi-
nio excipiat, actor nõ añ
omnia reſtituetur. Socin. in regula ſpo-
liatus ante omnia. per. c. ſolicite ubi gl.
in uerbo eum tantum. eodem. ¶ Aduer
to ꝙ ratio in contrarium que ponitur
in illa glo. (illa uidelicet ꝙ ideo nõ ob-
iiciatur dominii exceptio ſeu non Ca-
nonice Inſtitutionis, ſpontanee renun-
ciationis, uel abiurationis, quia hec tan-
gunt ius proprietatis non autem poſſeſ
ſionis, inter que omnimoda differentia
eſt. ut in tex. noſtro) locum habere ui-
detur & ſi non ambo ſimul proponeren
tur. Sed reintegrande poſſeſſorium tan-
tum. ¶ Neq; obſtare puto conſiderata
per Socinum ꝙ id procedat ex. defectu
agentis qui uno tantum hoc eſt poſſeſ-
ſorio uti debuiſſet. Quia nõ uiderem cur
ambo proponendo in aliquo ſibi preiu
dicatum ſit profecto ſecundum cuiuſli-
bet naturam propoſuiſſe cenſetur. argu
mento. l. cũ in teſtamento. ff. de teſtam.
& ſecundum regulam. d. l. ſi quis ad ſe
fundum. facit regula l. non omnis. ff. ſi
cert. petatur, & l. cum de indebito. C.
de probat. Non enim deduxit domini-
um ſeu ius proprietatis ad impedien-
dum effectum reintegrãde ſibi poſſeſſio-
nis ſed ad effectum ut nedum reſtitutio
ſibi fieret ſed & dominii ius ſuum decla-
retur, & ſic in dubio interpretãdum eſt.
per. l. ſi quis intentione. ambigua. ff. de
iudic. que declaratio in rei uendicatio-
ne qd ẽ principale, cum reſtitutio ſecun
dario & per officium iudicis fiat. l. offi-
cium. ff. de rei uendic. Qua de re in ca-
ſu iſto culpa nulla ſibi poteſt imputari.
Sicut imputatur ei qui cognoſci ſuper
dominio ad effectum excludendi poſſeſ
ſorium a, ſe propoſitum, paſſus eſt, ut
habuimus in 2. & 7. fallent. in caſu no-
ſtro ſolum ad effectum excludendi peti-
torium a, ſe propoſitum quatenus do-
minium de iure ſibi nõ cõpeteret, patie-
batur facit. C. ſicut urgeri. prima. q. 1.
Stant enim iſta ſimul ut Reus conuen-
tus debeat eſſe dominus & nihilominus
ꝙ ſpoliauerit actorem & reſtituere te-
neatur, quinimmo quandoq; ultra reſti

tutionem dominium perdat. quia ſpo-
liauit d.l.ſi quis in tantam. vrget igitur
d.c.vrgeri. ¶ An autem vtroq; propoſi
to per actorem ſententia ſuper poſſeſſo
rio conuenti preiudicet petitorio actoris,
doctores hic dicere videntur ꝙ ſic. Vn-
de Boerius in preſata deciſ. 238. conclu-
dit debere in proponendo poſſeſſorio
proteſtari ꝙ nõ alias petitoriũ propo-
nit ꝗ pro poſſeſſorii cõfortatione. Cõ-
trariũ tenerẽ p.d.c.ſicut vrgeri niſi ideo
sñia pro cõuento lata eẽt q̃a probaſſet
poſſeſſionem debere ſuã eſſe. LVIII.

93 FAllit vbi ſpoliator talis eſ
ſet cui iuris ignorantiam
allegare liceret. vt minor,
ruſticus, & miles fortius
mulier, nõ enim in dubio
fraudolenter ſpoliaſſe dicentur. Induco
glo. magnam. in. l. regula. ff. de iuris &
facti ignor. ibi ſecus ſi putem mihi licere
rem meam auferre. nã quãuis prima fa-
cie illa glo. contraria videatur. dum di-
cit nõ excuſor a, pena. d. l. ſi quis in tan-
tam. ¶ Nihilominus ſi recte intuearis
tunc loquitur in maiore vt ſupra ſumi-
tur in alio caſu. dum loquitur de maio-
re decem & octo annis. de quo infra di-
cam. ¶ Ad id quod dicit Bal. in. d. l. ſi
quis in tantam. in. 7. queſtion. C. vnde
vi, reſpõdebo ꝙ immo ſit fauorabile no
bis. ibi niſi error iuris proueĩret ex alia
cã rationabili ſed in terminis noſtris
cã rationabilis erat quia minor igno-
rans ius & videns alium rem ſuam occu
pare credidit ſibi etiam ex interuallo eã
ingredi & occupare. nam quia pſuppo-
nimus ipſum minorem eſſe dominũ, cũ
vel ſi ex iuxta cauſa hoc putet, videns p
tẽpus ſe poſſediſſe vel anteceſſores ſuos,
nil aliud dici poteſt niſi ꝙ tractet de dã-
no euitando. quo caſu iuris ignorantia
eum excuſat. vt in. l. 2. ff. de iuris & facti
ignor. Iuncto iure gentium ſibi cogni-
to quo iure domini poſſidere debent. l.
prima, ſupra, eodem. Que tanto forti-
us procedere puto vbi minor ipſe ſpo-
liatus quamuis ex interuallo extitiſſet:

¶ ADVERTO tamen quia videor
tenere cõtra gloſam Bal. Salyc. & doct.
in. d. l. ſi quis in tantam dicentes ꝙ illi
quibus ius licet ignorare vt miles ruſti-
cus &c. (Cum violentia ſit delictum cõ-
tra ius gentium vulg. l. vt vim. ff. de iu-
ſtit. & iure. in quo nulli parcitur) a, pe-
nam. d. l. ſi quis in tantam non excuſan-
tur reſponderem hoc fortaſſe procede-
re vbi tales perſone prius ſpoliate non
extitiſſent. nam his ſpoliatis adeſt ratio-
nabilis cauſa de qua ſupra. ¶ Immo di-
cam ꝙ ipſi maiores non inciderent in
penam. d. l. niſi pẽdente iudicio ſpoliaſ-
ſent vt in prima fallẽ. declaraui. ponde-
rando verba ibi ante euentum iudicia-
lis arbitrii. Puto tamen verum ꝙ maio-
res reſtituere teneantur. per. d. l. ſi quis
ad ſe fundum. ¶ Redeundo concluden
dum eſt perſonas de quibus ſuperius mi
nores vel &c. non tantum non incurſu-
ras penam. d. l. ſi quis in tantam. vt etiã
tenuerũt Odofredus ibidem & Iacobus
de Aren. contra glo. & Baldum (intelli-
go ſi incontinenti dominium probare
vult & de mente ipſorum eſt) ſed etiam
non compellendos eſſe ad reſtitutionẽ
ante omnia faciendam. ſtantibus verbis
Baldi. de quibus diximus. ¶ Etiam ꝙ ip
ſi minores violenter ſpoliaſſent, ſi iam
ſpoliate (quãuis ex interuallo) extitiſ-
ſent. Moueor quia cum nulla temporis
pſcriptio eis obſit. l. fin. C. de annali ex-
cep. Ideo dicendum ſit eas ſemper in-
continenti vim repuliſſe quinimmo cõ-
cludendum puto per prius ſpoliate ab
eodẽ ſimili mõ extitiſſent ꝙ ẽt ſi eorum
dominium non probent reſtituere non
teneantur per rõnem dictam. LIX.

94 FAllit vbi ſpoliãs conuen-
tus exciperet ſeu recon-
uẽiret de ſpolio facto ab
actore contra eundẽ con
uentum ſuper alia re. tũc
enim conuentus non ante omnia reſti-
tuere tenetur. Immo ſuper vtroq; ſpo-
lio procedendum eſſet. Secus excipiẽdo
vel agendo de ſpolio ſuper eadem. re

antea facto eſt tex.in.c.fin.de ordine co
gnit. Quem ex doctorum mente domi-
nus Abbas ita intelligit. Dñs optimam
rationem ad num.xi. ꝙ ſi exceptio pri-
me ſpoliationis ſuper eadem re commiſ
ſe admitteretur vltima violentia impu-
nita remaneret. Quod eſſe non debet.
Attento ꝙ ex interuallo etiam ſuũ ſpo
liatorem ſpoliare non licet.d.l. prima.
ff.de vi & vi arm. Sed ſuper diuerſa re in
quolibet ſpolio procedetur. ¶ Dubita-
ri hoc in loco poſſet,quid ſi excipiendo
diceret ſe non ex interuallo ſed inconti
nenti ſuum ſpoliatorẽ ſpoliaſſe vel me-
lius recuperaſſe dico ꝙ & ſi incontinen
ti licitum ſit.vt in.d.l.alio tamẽ modo
atq; verborũ forma excipere debet. vt
dicam in ampliat. 23. LX.

FAllit vbi ſpoliatus ad aliã
95 rem (q̃ ſuper illa de qua
per aduerſarium contra
iſtum ſpoliatum petito-
rium iudiciũ ceptum ſit)
reſtitui peteret.nõ enim petitorium in-
choatũ ſuper diuerſa re, ſuperſederi de-
bebit. ex regula. noſtra. Cum ceſſent
iſto caſu rationes.d.l.ſi quis ad ſe fun-
dũ.vt dicit Abbas i.c.ex queſtioñ num.
7.eodem.quod ſi verum eſt etiam pro-
cedit vbi de re ipſa qui petitorio agit &
pro alia poſſeſſorio conuenitur ſpolia-
tus eſſet. ¶ Hec enim fallentia vera eſt
non pſuppoſito ſpolio violento. Alias
non viderem cur ratio. d.l. ſi quis (que
eſt odium reſpiciens principaliter perſo
nam) non habeat in diuerſa re ſicut in
eadem operari.nam quãuis caſus in ea.
l.ſit particularis, ratio tamen generalis
eſt. necnon & verba diſpoſitionis gene
ralia.ibi ante omnia &c.Quod etiã qui-
buſdam rationibus a me dicẽdis in am-
pliat.61.oſtendi videtur. ¶ SED hu-
ic mee concluſioni communiter docto
res aduerſari videntur in.d.c. ex cõque-
ſtioñ.vbi per illum textum ita Innoc.&
Abbas tenẽt. Dicitur ibi ꝙ mulier agẽs
ad reſtitutionem mariti impedit ipſum
maritũ ſuper viribus matrimonii itaq;
ſuper eadem re litigare. niſi vxori prius
reſtituatur,ergo (vt dicunt) ſuper di-
uerſa re nõ impediret. ¶ Primo reſpon
dendum eſſe puto, ꝙ illa decretalis plu
res lecturas habet. Vnde ſuper eam nul
lum fundamentum fiet vt dicit Bar.ſup
hoc vbiq; allegatus in.l.in ambiguo.ff.
de rebus dubiis. ¶ Secundo dico ꝙ nõ
propterea (quia ſic in facto contigerit)
inferendum ſit ad generalem concluſio
nem illam ꝙ poſſeſſorium reintegran-
de non faciat in petitorio diuerſe rei ſu
perſederi.non enim ſummus Pontifex
ibi loquitur magiſtraliter quo caſu ge
neralis concluſio ſumeretur ſed caſuali
ter in matrimonio. Argumento.l.neq;
natales.C.de probat. Poterat enim alia
ratioñ in illo particulari caſu moueri,
q̃ quia ſuper diuerſa re &c. Quid ſi ti-
more fornicationis motus fuerit, vt in
ſimili dicitur de muliere que redditur vi
ro ſuo quãuis excõmunicato ne vir for
nicetur vt dicit felyn. in.c.fin.num.12.
de ordin.cognit. Nonne etiam ex hac
moueri potuiſſet vel ex alia. Vnde ſuf-
ficit dare diſtantiam.c.vrgeri.prima.q.
prima,conſequẽter &c. ¶ Hoc eodem
modo reſpõderem ad.c. in literis de re-
ſtit.ſpoliat.non enim magiſtraliter &c.
vt ſupra. ¶ Sic dicam ad tex. in. l.ſi de
vi.C.de iudic.fuit enim caſus corã Im-
peratore propoſitus ſuper eadẽ re, nec
apparet ꝙ imperator (ex eo quia ſuper
eadem res) ſic diſpoſuerit. ¶ Vlterius
dici poſſet ꝙ quãuis communis Moder
norum intelligentia ad.d.c.vera eſſet,
nihilominus aduertendum eſt ꝙ nõ lo-
quitur de ſpolio violento de quo nos:
nullam enim ibidem expulſiuam violen
tiã indicat.Super qua vis(vt ſupra)& du
bitatio noſtra conſiſtit. ¶ Immo aper-
te caſum violẽtum excludit,vt patet ibi
antequã citarentur ab eo &c.Vnde vult
aliud eſſe poſtquam ſuper eiuſdem Rei
petitorio citata fuiſſet vt ſic petitoriũ
tunc impedire non habeat. Patet igitur
ꝙ non loquitur in vi expulſiua,quia ſic
ſi loqueretur.diſpoſitio. d.l.ſi quis ad ſe
fundum

fundum correcta remaneret. Que tamẽ indiſtincte tam ante, q̃ poſt citationem, petitorium impediri vult cum ante omnia &c. Quia tamen correctio euitanda eſt vulg. l. ꝓcipimus. in fin. C. de appell. cum ſimil. & vulg. igitur &c. ℂ Nõ obſtant rationes inducte per. d. Cardinalẽ quia reſpondet & Bene. d. Abbas. in. d. c. ex conqueſtione num. 7. quãuis aliter deinde concludat. ℂ Minus obſtãt rationes d. Abbatis in quibus concluſionem fundat. illa videlicet ꝙ ante reſtitutionem rei ſubtracte de eadẽ re quis litigare non debet. Cum quilibet ſpoliaret poſtmodum ad ſupplectandum illum (qui reſtitui petit) litigaret. Item quia ſpoliatus inermis & nudus litigare non cogitur. c. frequens eodem. & Res (vt dicit mali exempli eſſet, nõ ſic vbi ad diuerſam rem &c. Quibus reſpondere rem eſſe maiorem ſupplantationem vbi ad diuerſam rem, maxime coram iudice diuerſo. Moueor quia pluribus intentus nõ ẽ ad ſingula ſenſus. vt per ſpec. de aduoc. ꝗ. ix. Itẽ id ꝙ nõ debeat litigare inermis, tã ſuper diuerſa re q̃ ſuper eadẽ verificatur. nam vtraq; effecta eſt litigioſa, vt ſic de ambabus diſponere nequeat. vt in titulo. C. de litigioſ. ℂ Vlterius dico ꝙ non hec ſunt rationes, Cur in petitorio (quãuis ſuper eadem re moto) audiendus non ſit. Sed eſt odium violẽti facti. reſpicientis perſonam violẽti hominis. vt in d. l. ſi quis. vbi pondera verba. non autem diuerſitatem rerum ſiue cauſarum. ℂ Finaliter concludo ꝙ aut ſpolium fuerit non violentum, & tũc ſi a, ſpoliante petitorium prius ceptum fuiſſet, per poſſeſſorium recuperande deinde motum ab aduerſario non impedietur. nam vigilantibns nõ autem dormientibus iura ſubueniunt vt in. c. vigilanti. de pſcript. debuiſſet enim ſpoliatus incontinenti iudicem adire iuxta. l. qui prior ff. de iudic. c. ii. de ordiñ cognit. Et iſto modo procedat fallen. ſup 46. Quod videtur dicere textus in. d c. ex conqueſtioñ. ibi priuſquam a, iudicibus mulier citaretur. ℂ Si vero non prius petitorium inchoatum fuiſſet, & tũc per poſſeſſorium ſuperſederi debet ſecundum eorum intelligentiam, quam pro certo puto ꝙ Papa minime ſenſerit. ℂ Aut ſpolium fuerit violentum vt in terminis Regule noſtre tunc pariformiter putarem tam diuerſe Rei q̃ eiuſdem, petitorium impedire donec poſſeſſorium terminetur. Minus etiam attento an prius petitorium inchoaſſet. hec ita rationibus magis q̃ aliorum auctoritatibus ductus obſeruarem. LXI.

96 TAllit vbi poſſeſſorio cõuentus atq; de ſuo dominio excipiens, illud nedũ in promptu probare vellet, ſed & probatio ipſa paratam exequutionẽ ſecum haberet. alias probatio parata minus ſufficeret Corſettus. de poteſtate Regia. in fallen. 35. Cepit a, Bar. hic, dum in prima lectura vult paratam probationem admitti in poſſeſſorio adipiſcende non autem recuperanda, quod Moderni Peruſini ſequuntur. ℂ IN QVO Aduerto ꝙ eadem ratione qua dominii parata probatio nõ operatur quominus ante omnia reſtituendus ſit, hoc eſt odium violentie vt milies dictum eſt ſecũdum omnes iuncto quia nihil cõmune habet &c. vt in. §. noſtro. nec parata exequutio poterit operari. Nam ſi operaretur id fieret, ꝙ iſti habenti paratam exequutionem & ex interuallo, necnon etiam violenter, ſpoliare liceret. Quod q̃ falſum ſit cuiq; patet. per. d. l. primam. ff. de vi & vi arm. d. l. vt vim ff. de iuſtit. & iure cum ſimil. & vulgar. hoc modo cõtra Corſetti fallentiã cõcludo. ℂ SED vbi non violenter itaq; non in terminis noſtris &. d. l. ſi quis ad ſe fundũ, ibi ante omnia, ſed ſimpliciter reſtitutionem poſtularet per. c. reintegranda. iii. q. 1. Vis non ſtat in eo videlicet an paratam exequutionem &c. Sed alio videlicet an instrumentum inter eaſdem partes confectum eſſet, vt is qui conuenitur dñs eẽt

debeat. Et probatio parata ſufficiat mo
ueor ex regula.l.ii.ff.de his qui ſunt vel
alieni iur.iuncta.l.bone fidei.C.depoſi-
ti. ℭ Aut inſtrumentum inter alias par-
tes confecerit & exequutio parata non
ſufficit.vt in rubr.C.res inter alios acta.
Sed actor reintegraretur non obſtante
regula dolo facit. Cum certum non ſit
iſto caſu actorem eē reſtitutuꝫ quo ca-
ſu regula procedit.nam poſſibile eſt ꝙ
poſſeſſio nō penes dominum ipſum col
locari debuerit & argumento·§·noſtri.
deinde ſi Reus ſe habiturum poſſeſſionē
intēdit, rei vēdicatione vtatur. ℭ Aliud
vero dicam in poſſeſſorio adipiſcende
in eo enim dominium ad ſe poſſeſſionē
trahit . d . l . bona fides. atque in eo
omne ſpoliantis odium ceſſat. ex quo
in mente Bartoli dictam differentiam
genitam eſſe puto. LXII.

FAllit vbi exceptio domi-
nii incontinenti proban-
97 di pro publica vtilitate
principaliter proponere
tur. Ex his moueor que
in. 18.fallen.loquutus ſum.& infero cō
tra poſſidentes ea.que publici iuris ſunt
de quibus in·§·ripatum. Inſtit.de rerū
diuiſ. ꝙ ſi inde expellantur reſtituendi
non eſſent.faciunt tituli.ff.ne quid in lo
co publ.ne quid in fluminī publ . Nam
quāuis de dominio ad poſſeſſionem re-
gulariter nō ſit inferendum vt per tex:
noſtrum. Nihilominus publica vtilitas
in hoc ꝑualet. Induco Bal. in . l . ſi quis
conductionis circa finem. C. locati .
ℭ QVERI poſſet de fiſco ſpoliante
an poſſeſſorio conuentus de ſuo domi
nio excipere poſſit. Videtur ꝙ non.ar-
gumento.l.nō puto.ff.de iure fiſci. Cō-
cludo affirmatiuam & moueor quia fiſ-
cus ſuper dominio priuilegiatur ita
ꝙ alterius etiam lōgiſſima poſſeſſio nō
ſit ei nocitura.vt in.§.Res fiſci noſtri:
inſt.de vſucap. Vnde quia in ipſo Fiſco
nulla vis per eum commiſſa ꝑtendi po-
teſt,& ſi ſi eius Procurator eam commi
ſiſſet,conſequenter ratio.d.l.ſi quis ceſ-
ſat,ideo &c. Pro hoc ē textus I.l.2.I·§·
Item diuus.ff.de iure Fiſci. Faciunt que
in tractatu editionis poſui ad num.18.
Impreſſo de āno.1543.Hec in Fico ma
xim procedunt vbi fiſcus non vt ſpolia-
tor ſed vt tertia perſona compareret vt
dixeram in fallen.9.& ita reſtringo.d.
l.ſi quis. in primo verbo . ibi. ſi quis.
& vide que de fiſco dicam in vario ca-
ſu in Ampliat 53. LXIII.

98 FAllit ſecūdum Corſetrū
in ſua fallen.49. vbi Ca
pellāus ſuis Parrocchia
nis ſacramēta denegaſ-
ſet.nā ſi poſtea decimas
ab eis peteret, exceptione ſpoliationis
ſacramentorum repelli poterit.per tex.
in.c.cum dilecti.de ordīn cognit. Iſto
enim caſu dicit, ꝙ Capellanus non eſt
ſpoliatus vt per Barbar.in.d. c.22.col.
& ibidē Butrius poſt lapum in allegat.
nam qui non facit ꝙ debet non recipit
quod oportet.vt pēr glo.in.l. ſi nō fue-
rit.ff.de iure iur. Ad quod Bal .& Salyc.
in.l.cum proponas.C.de Pactis· ℭ Ad
do aliam rationem nam Capellanus nō
propterea q̄ſi poſſeſſiōn iuris deciman-
di priuatur. Si igitur ex ea non eſt ſpo-
liatus neqꝫ ipſis decimis ſpoliat' dici po
terit cum nunquam decimāles Res poſ-
ſediſſet,vnde quāuis in ſe fallentia vera
ſit non tamen ad propoſitum facere vi-
detur.arg.l.decem.de verb.oblig. nam
vbi non datur poſſeſſio(ficte ſaltim)ibi-
dem non datur ſpolium.c. ex parte.vbi
glo.antepenul.eodem. ℭ Niſi conſan-
guinee reſtitutio peteretur vt in.c.lite-
ras.eodem. ℭ Vel ſeruus Res domini
abſentis, quas ipſe de iure nō poteſt poſ
ſidere, petat.l.1.C.ſi p vim. vel alio mo
do. Aut ſi vxor reſtituatur ad res ſibi a,
viro datas,nam eas poſſidere non po-
teſt.l.prima,in·§·deiicitur.ff.de vi & vi
arm. In quibus caſibus ideo in pro-
priam ſpoliationem eſſe dicendum eſt.
Et his exceptis non poſſidens , non
ſpoliatur . d . l. decem . & conſequen-
ter non reſtituitur. LXIIII.

99 FAllit vbi Mulier a, Marito propter dotem eidem promiſſam & non ſolutã expelleretur. c. veſtras. vbi doct. de donat. inter virum & vxorem. l. fin. vbi Bal. & Salyc. C. ad velleian. Alex. in. l. ſi cum dotem. ·§· ſi autem in ſeuiſſimo. ff. ſolut. Matr. Doctores l. c. ſalubriter. de vſur. & in. c. quemadmodum. de iure iur. Cum allegatis per Corſettũ in fallẽ. 45. LXV.

100 FAllit quando pro recuperãda poſſeſſioñ (que tempore quo fuit occupata ab ipſo reo, vacabat) ageretur. vt eſt gl. notabilis & communiter approbata. in. l. fin. C. vnde vi. Angel. in. l. ii. C. de edict. diui Adriani tollen. Ratio in promptu eſt, quia caſus hic nõ cõuenit ad. d. l. ſi quis, in verbo. Expulſus. & ibi vim poſſidenti intulerit. Vnde id ſequitur, ꝙ cui verba nõ conueniunt nec eius diſpoſitio. l. iiii. in ·§· totiens. vbi Bar. ff. de damn. infect. larga fallen. eſt. LXVI.

101 FAllit in caſu quo Sacerdos corpoř mortuo ſpoliatus eſſet. & corpus ſepellitũ inde ſit, nã vt euitetur corporis humãi vexatio non reſtituetur Innoc. in. c. cum liberum. de ſepult. Etiam ſi per attentatorum viam (quod pinguius eſt) ageretur. Rota in antiquis. 351. Felyn. in. c. ſicut Iudei. de Iudeis. Addendo tex. in l. ſunt perſone ibi. ne inſepulta corpora. iacerent. ff. de religioſis. hyppol. in ſingul. 199: LXVII.

102 FAllit vbi quis dolo duct' poſſeſſionem ipſius Rei ad verum dominum trãſtuliſſet. tũc enim (vt puto) ne dum nõ ante omnia, ſed nec vllo modo reſtituetur nam dominus ipſe iuris auctoritate nũc poſſidere Reperitur. argumento. l. bonefidei. ff. depoſiti. Et ſine vitio. Moueor quia (quãuis vitium interceſſerit in trãſferendo) non tamen eſt in poſſidendo d. l. ſumitur hec fallẽ. ex dictis Bal. in. l. fin. ff. ꝙ metus cauſa. & hoſtienſ. in. c. olim cauſam. in verbo duxeritis. eodem titulo noſtro recitatis per Tiraquel. in prefactione retractus. num. 70. ℭ Que tanto magis procedit in vſufructuario per dolum inducente quem ad ſibi tradendam poſſeſſionem in qua ius vſufructus habet, quanto ꝙ in eo Regula noſtri ·§· Ceſſat, facit id. dolus an virtus quis in hoſte requirat. Sic limirandum eſt. c. reintegranda. ibi per dolum &c. vide ſupra, fallen. 56. LXVIII.

103 FAllit ſecũdum Iaſonem in. l. prima. ff. de noui operis nũc, in tertia col. vbi ſpolians poſſeſſorio conuentus ad probandum de ſuo iure ſeu proprietate de facto a, iudice admittatur & admiſſus probaret, nam tunc pro Reo iudex ſententiam ferre debet. vt dicit tenere Innoc. in. c. conſtitutus. de filiis presbyt. ℭ Hec fallentia (vt puto) periculoſa eſt, quaſi dans iudici poteſtatem, que iuribus inhibetur, neq; Innoc. hoc mihi dixit, ſed loquitur de notorietate illa quam allegaſſe ſufficiat. vt in fallen. 17. poſui. Sed vbi probari deberet non viderem admodum quomodo iudex reum conuentum citra agentis conſenſum admittere poſſet: atq; beneficium iuris: ſeu. d. l. ſi qs, actori ſpoliato auferre. eſſet enim iniuſtitia manifeſta que nullitati equiperatur vt in iuribus vulg. ſaluetur tamen Iaſon vbi actor a, tali admiſſioñ non appellaſſet, minus proteſtatus de nullitate eſſet, quia tunc conſenſiſſe videtur. Argumento. l. de etate in ·§· qui tacuit. ff. de interrog. action. & eorum que in fallen. prima. diximus. LXIX.

FAllit in herede qui perſonam defuncti repreſentat. vt in auc. de iure iuran. a, morien. preſtito que ob id reſtituere te

netur per.c.reintegranda.nõ tamen an-
te omnia.de quo principal'r loquimur.
Et quid de ſucceſſore particulari an &
quando non teneatur dicam ad plenũ
in Ampliat. 10.
EXPLICITIS
falletiis quas(cũ
1 non omnes con
ueniant Amplia
tionib⁹ ſicuti re-
gule) retrogra-
pho aliorum or
dine volui ꝑpo-
ſuiſſe, nunc Ampliationes capiã. Vnde.
¶ Primo.d.Regula. l. ſi quis ad ſe fun-
dum.C.ad.l.Iul.de vi. Ampliatur pro
cedere quãuis ſpoliatus in eadem re Pre
do fuiſſet. vt plene Abbas in c.in literis.
eodẽ.de reſtit.ſpoliat. Aliter & plene di
xerã in fallẽ.xvi. Maxime circa finẽ. II.
2 AMpliatur ſecundnm om-
nes procedere & ſi clam ſi-
ne pcario ſpoliatus a,ſpo-
liante poſſideret habetur
inſtit.de interdic. in·§·re-
cuperande. Quod intelligas de preca-
rio ad tempus determinatũ, ſecus ſi ad
bñplacitũ.p ea.dixerã in fallẽ.49. III.
AMpliatur vt Perempta re
ad quã reſtitui peteretur,
3 vt procedat ad eiuſdem rei
extimationem.nõ obſtan-
te compenſatione cuiuſuis
liquide quantitatis.l.fin. C. de cõpenſ.
In quo ſpecul. in titulo. de accuſat. in
verſic.ſed qd ſi Cappa.in.8.col. Rota.
in vltimis deciſ.18.in verſic.vtrum & in
fra dicam in Ampliat.23. IIII.
AMpliatur vt ne dnm ad ip-
ſam rem ſed & fructus eiuſ-
4 dem. Expenſas errogatas
in lite.omnia damna. paſ-
ſa & intereſſe ob ſpolium
commiſſum. c. accedens.el.2. vbi Ab-
bas in notabilibus. vt lite non conteſt.
Quinimmo & ad omnes vtilitates ob
ſpolium amiſſas. Specul.in titulo. de re
conuen.in·§·nunc.num.iiii. Et ad fru-
ctus veriſimiliter percipiẽdos.c. grauis.
eodem.Bar.& doct.in.d.l.ſi quis.Rota
in.nouis.15.vbi ꝙ ne dũ violentus ſpo
liator (de quo nos loquimur) eos qui
p veteres poſſeſſores percipi potuerũt,
ſed etiam non violentus (ſi tamen atten
tauerit) cum dicatur doloſus, temera-
rius, contemptor iuris & mũdi, reſtitue
re.vel extimationem ſpoliato preſtare
tenetur. Niſi quoquo errore probali ex
cuſationem mereretur vt per Cyn.in.l.
Certi.C.de rei ven. ¶ CIRCA Fru
ctus duo videri oportet. vnum de perce
ptis, aliud de percipiendis. Ad primum
eſt deciſ· Rote in antiquis.83.ibi plene
reſtitutus &c. Iunctis dictis per Archid.
in.c.quia ſepe.in fine.de elect. in. vi. &
vbi concluditur vt ſupra. ¶ Quod de
perceptis limitatur in beneficialibus ex
ratiõ quia fructus ſunt res profane, &
Rerum profanarum exceptio(cum agi
tur de beneficio)non admittenda eſt.c.
frequens.in.fine. de reſtit. ſpoliat. alias
eodẽ in.vi.ſic loquitur in.ãtiquis. 553.
¶ CAVE Nam.c.frequens. loquitur
de ſpiritualibus vt gl.ibidem, ſic etiam
ſpecul. de petit. & poſſeſſ.§.p. num.xi.
Nihilominus alia ratione cum glo.trãſi
bo.dum videlicet. Allegat. C. de com-
penſat. Dumq; dicit Eccleſiaſtica publi-
ci iuris eſſe. ¶ ET Contra Rotam fa-
cit quia & ſi res profane ſint, tamẽ acceſ
ſorie.ſed negari poteſt poſtquam ſunt
a,ſolo ſeparati.habetur per Bar.in.l.ex
diuerſo.& in.l.eius.ff.de rei ven.vel ſal-
tim conſumpti. ¶ Sed quia inſtaretur
ꝙ in odium violenti non habentur pro
ſeparatis.vt etiam ratio lucrorum futu
rorum haberi debeat vt ĩ ſuprapoſitis &
allegatis. Tutiorem opionem exiſtima-
rem. Quam tenuit Paulus de Eliazar.
in rubrica eodem.dicẽs fructus peti poſ
ſe interdicto. Cũ acceſſoria & ſine prin-
cipali cum interdicto petãtur. per text.
in.c.grauis.eſt tex.cũ glo.in.l. ſi de poſ
ſeſſione.C.vñ.vi.arguẽdo.a,fortiori.&
in.l.prima.ff.de vi & vi ar.vtrobiq; gl.
& hoc tenet Archid.in.c.reintegranda.

iii. q. prima. que ratio ceſſat in .c. frequens.cum ſimil. vbi non veniunt acceſſoria.ſic igitur ibidem puto diſtinguendum eſſe vt minus.d.regula offendatur. Argumento.c.cum expediat.de elec. in vi.cũ ſimil.Vnde quia ratio que eſt odium ſpoliatoris tam in fructibus viget ꝗ̃ in principali vt per archid.,vbi ſup̃.igr̃. &c.Quod etiã Rota in vltim. deciſion. Biſigneti incipien.ſpoliator. ſequuta ẽ. hoc addo ad Abbatem in .c. in literis. num.7.eodem.dum vult in cõſumptis dari conditionem ſine cauſa in extantibus vero rei vendicationẽ. ¶ Crede tamen dari interdictum in quo ſummarie magis proceditur ꝗ̃ in actionibus prefatis.argumento, eorum, que dicã in ampliat. 59. Ad contrarium reſponde ꝙ non petuntur fructus a,ſpoliato vt cum ſpoliatore agente petitorio vel poſſeſſorio compenſatio fiat. nã quia ſpoliator eſt condemnatus liquido fructus debentur. Sed hoc non p̃ſupponitur in.d.c. non igitur ad non liquida per ſpoliatorem compẽſanda in illo caſu & lege cogitatum eſt.arg.l.fin.C. de compenſat. Item quia neq; in hoc cogitari potuiſſet cum compenſando eſſet committere ſimoniam.c.cum eſſent.c.tua nos. de ſimon.cum ſimil. Qua de re ſum in opinion. ꝙ beneficialia nõ differant a, profanis vt ſic ſpoliator fructibus prius integre non reſtitutis neq; audiatur.niſi ad diuerſum beneficium ageret quo caſu ea differre puto a,profanis & ſic limito que poſueram in fallen.60. vel niſi facultate reſtituendi careret vt dicemus in ampliat.23. ¶ VIDENDVM Eſt de fructibus percipiendis. Ad eos etiam teneri violentum ſpoliatorem certũ eſt per.c.grauis.eodem Rota in nouis.25. niſi iudicis autoritate excuſaretur.& tũc puto diſtinguẽdum vt per Abbatem in. c.cum cauſam.de officio delegat. num. 5, ꝙ aut iudex erat incompetens & ſpoliator nullo modo excuſaretur.cum titulus ab eodẽ habitus pro nõ titulo reputetur.de quo incõpetenti.in ampliat. 16.dicã,ſecus vbi cõpetens & exẽplũ ſit vt in eadem.hoc tamen limita niſi a,pupillo ſpoliator cõueniretur. eſt ſingul. dictum Romani.in conſil. 454. refertur ĩ apoſtill.ad Abbat.vbi ſup̃. ¶ Et ꝙ dixi de incompetenti procedit ſecundũ Felyn.in.d.c.cũ cauſa num.6.in eo tantum qui nullam iuriſdictionem haberet ſecus ſi aliquam quãuis non in illa cauſa,iſtius enim auctoritas a, percipiendis excuſat. ¶ Quod nõ aliter intelligerẽ ꝗ̃ ſi auctoritas ſit illius qui ſit partium ordinarius iudex,per priuilegium tamen aut exemptionem ſeu delegationẽ in ea cã incõpetens erat. ¶ Nihilominns & in hoc aduerto ꝙ aut p̃tendens ſe a,tali iudice ſpoliatum priuilegium ſeu exẽptionem dictam allegauit aut non p̃. caſu cum nulliter ſit proceſſum nulli dubiũ reſtat eum eſſe ſpoliatum & ad percipiendos reſtituendum,nam probata exẽptio tam iudicem ipſum ꝗ̃ aduerſarium conſtituit in.mala fide.argumẽto. l.cũ poſtulaſſem ff.de damn. infect.l.mora. ff.de vſur.cã ſimil. ¶ Secũdo caſu quando nõ allegauerit exemptionem ſeu delegationem & tunc (cum renũciaſſe viſus ſit iuxta.l.ſi quis in conſcribẽdo.C. de pactis conſequẽter iuriſdictio ſit prorogata ſeu ſaltim vel proprius loquẽdo non declinata.de quo in.l. prima.ff. de iudic.& in.d.l.ſi quis)iudicium & ſentẽtia tenuerũt. vt videre eſt per totũ meũ tractatum prorogationis fori ſeu de fori prorogatioñ. Imp̃ſſũ de ãno. 1547: conſequenter ſpoliatus non diceretur. Vnde vix videtur inueniri caſum ĩ quo a, percipiendis excuſetur.niſi daremus terminos in quibus per errorem iudex aditus fuiſſet iuxta.l. ſi per errorem. ff. de iuriſd,om.iudic. de quo plene.in.d. tractatu in verſic. veniamus ad tacitam. tunc bene crederem excuſari.nihilominus quia tunc non eſt violentum ſpoliũ de quo nos, minime viderem exemplũ adaptabile pro Felyno in iudice incompetenti.ſed potius in competenti qui nõ rite neq; recte quem eiici de ſua poſſeſ-

ſione feciſſet itaq; ui ſpoliaſſet vt in.d. ampliat.nã tũc eius actoritas a,percipiẽdis excuſaret. ¶ Que de fructibus & expenſis dictum eſt adeo procedunt ꝙ niſi in totum vſq; ad vnum nummum ſatisfactum fuiſſet ſpoliator non eſſet audiendus.Bal.in.c.conquerente. & notatur in.c.Piſanis.eodem.in . c. ſignificauerunt de teſtibus.Rota in nouis.319. Abbas vbi ſup̃.Crauett.in conſil.140. limito tamen vt in ampliat.23.¶ REDEVNDO non ſic dicemus e, conuerſo,vt habetur in.d.rota(hoc ẽ ſi ſpolians eẽt abſolutus ea ratiõ quia minime ſufficiẽter actor ipſe probaſſet)nã q̃uis ipſe ſpoliatus expenſas in quibus cõdemnatus extitiſſet & vigore exequutorialis aſtringeretur, nõ ſoluiſſet. nihilo minus petitorio agere nõ propterea impedietur cum odium ſpoliantis(in quo fundatur deciſio ãterioris mõ poſiti caſus) hic ceſſet. ¶ Et circa fructus vide rotã in antiquis.192.& 883.vbi etiam dicitur ꝙ ſi ſpoliatus conceſſiſſet dilationem ſpolianti ad reſtituendos fructus, & ea pendente ſoluti non fuiſſent, nihilominus a,ſpoliãte petitorium inchoari poſſet,quia nouatio facta dicetur.vt l l.iii.& in.l.ſi ex conuentione.ff. de re iudic.& in.l.ii.C.de excep. rei iudic. Poſuit Rota Biſigneti.ad Carte.132.incipiẽte ſpoliator. ¶ AMPLIATIONEM. In fructibus percipiendis nõ aliter obſeruandam dicas, q̃ ſi perſonalis vis in ſpolio commiſſa fuiſſet. nec ſufficere vim in rebus,puta hoſtium frãgendo ſpoliato abſente. Specul.de petit.& poſſeſſ.in.§.fin.in verſic. item nota.vbi docet Amicum poſſe prodeſſe Amico. Ad quod Rota in ãtiquis.406.& in nouis.156. ¶ Que tamen diuerſo modo loquitur.in antiquis. 129. vbi vult idẽ eſſe contra doloſum vel poſſeſſorem ex cõtractu reprobato.dum allegat. l. ſed & partus.ff.ꝙ metus cauſa.&.c.grauis. eodem.ſed in.d.l.pondero verbum potui.& in.d.c . verbum. percepiſſent. ea. enim mihi dant intelligentiam fructuũ pendentium.Qui cum pars fundi dicantur,vt in.l.ex diuerſo.ff.de rei võdic.nõ veriſimiliter percipiendi ſed certitudinarie percipiendi (remoto caſu fortuitu) appellari merentur. inde eſt ꝙ in rei vẽdicatione quodue in hereditatis petitione venire indubitatum ẽ.vt per iura gloſe in.d.c.vbi de male fidei poſſeſſore traditur plene. ¶ Vide pulcre per Rom.in ſingul.33.&.39.hec Addo ad Abbatẽ. in.d.c.num.7.Atq; recedo a, Rota. d. 129. Inherendo potius Rote in antiq̃ 406.quam intelligo in percipiẽdis tantum per ſupradicta. ¶ Ad verbum percepiſſent.in.d.c.etiam alio modo dico ꝙ ibi loquitur de in perſonali. pondero verbum.grauis. & verbum. iniuriis. non mirum ſi etiam veriſimiliter percipiendi venirent. ¶ Quod cum verum ſit qualitas perſone ſpoliati atq; peritia (ſibi prius in litem iuramẽto delato per iudicem) attẽdenda eſt. Do.Rotam.in ãtiquis.408.nam & pro aliis rebus que tunc veriſimiliter in loco erãt,defertur iuramentum vt per Caſſan.in conſil.5. & Rotam . in nouis . 157. V.

AMpliatur procedere vt res libera hoc eſt in eadẽ
5 ſtatu quo ſpolii tempore eſſe reperiebatur,reſtituẽda ſit.c.Piſanis.vbi Butrius & Abbas.eodem.Vlterius dicit Abbas in.c.venerabili.per glo. primam de officio delegat.Spoliantem nõ prius audiri q̃ ſi ſpoliatus per tãti temporis ſpacium poſſederit,quanti ſpolians poſſediſſet,& per tex.in.c.ii.&. c. quãdiu. iii. q.ii. ¶ Aduerto ꝙ iura ſua non minus in ſpoliato ab vnica tantum re loquuntur.iũcto . c. oportet . Eius tamen dictum pro ſingulari tenuerunt Curtius iunior.in cõſil.91.Crauett.in cõſil.40. ¶ Quod tñ limitarẽ nõ procedere vbi ſpoliãs de ipſius tpis itereſſe ſatisfaciſſet . & moueor qa ẽt publice itereſt ne dñia ſint in incerto.inſtit.de vſuc.que rõ ceſſat in.d.c.p̃.&.c.q̃ diu. ¶ Addo per tali dicto exemplum.in ampliat.38. VI.

6 AMpliatur procedere aduerſus eum qui ſpolium ſuo nomine factum ratificaſſet.l.prima. in·§·quoties.ff.de vi & vi arm. vbi glo.in·§· ſed cum quis. Paul. de Caſtr. in conſil. 262.incip.videtur. ¶ Que ratificatio etiam tacite reſultat ex facto ſequuto.argumento.l.ſi tamen·§·p̊.ff.de Edilic.edict. & allegatorum per Deciũ in conſil. 54.Non obſtante quauis proteſtatione cum tanq̃ cõtraria facto nõ admittetur p ea q̇ doct.in.l. nõ ſolũ·§·morte.ff. de noui operis nunc. ¶ Ratificatio fit in extranea perſona cooperando.vt ſi extraneus meo nomine ſpoliauerit,atq; a,me in eo poſtmodum fomentum habuerit.¶ Fit etiam in omittendo vt ſi cum viderem ſpoliũ fieri per filium ſiue ſeruũ quibus iubere poſſum, nihil dixerim.vt in ſimili do rotã in nouis.428.& Bellem.in deciſ.511.¶ Sed Abbas.in.c.cum ad ſedẽ num.29.vult contra dominum nõ dari directum, ſed tantum vtile interdictum vnde ui.Bene dicit in caſu quo res occupata ad dominum poſtea perueniſſet. Sed aliter opinor vbi vidẽs occupari cum poſſet prohiber̃ neglexiſſet vt dictũ ẽ.ipẽ.n.dñs ſeu pater occupare videretur eſt text.in.l. prima.I·§·deieciſſe.ff.de vi & vi arm.ibi Rectius enim dicitur ratihibitionem in maleficiis mandato equiperari. VII.

7 AMpliatur procedere quãuis dubitetur an q de dominio excipit ſit is q ſpoliaſſet.Bal.I.c.p̊.I 2.col. quib' modo feud.amitt. per tex.in.l.ſi cum exceptioñ·§·in hac. ff.ꝙ meus cau ſa.quem intelligam in terminis reſtitutionis fiende ſecus in caſu pene inferẽde de quo.in.d.l.ſi quis.ibi. & alias penas.tunc enim clariores probationes requirũtur.l.ſciant.C.de probat.cum ſimil. Ad ꝙ vide glo. in.d.l.ſi quis ad ſe fundum,in verbo deſtinatus, que ampliatio ſimpliciter intelligi videtur in terminis.d.c,reintegrande. iii q. prima.nõ aut.in terminis.d.l.ſi quis.ibi ante omnia nam ibi p̃ſupponitur nullã ineſſe dubitationẽ.dum dicit vim intulerit.glo.tamen diuerſe exponit. hoc eſt intuliſſe dicitur opinio mea eſt ꝙ Actori ſufficiat probaſſe violẽtiam in ſe ſpoliando illatam,nam ex quo Reus cõuẽtus poſſidere nunc reperitur,ipſe nõ alter violentus eſt reputãdus. & ſi recte reſpexeris probatur hoc in.d.§.in hac.vbi nulla alia ratio melior cõueniret. & ſic intelligam gloſam.in.d.l.ſi quis.niſi p̃ſumptio purgetur vt quia poſſidens ex non ficto titulo bona fide iuuaretur de quo in ampliat. 20. VIII.

8 AMpliatur procedere etiã quandoq; ſpolio nõ probaro. quod euenit vbi actor probaret ſe poſſediſſe nunc autem ꝙ poſſidet ipſe conuentus,nam ſecunda poſſeſſio p̃ſumitur vitioſa ideo dicitur hoc eſſe ſpolium re ipſa.Innoc.in.c.ii.de in integr.reſtit.& in.c Seṗ.eodem Alexã. in conſil.142.p̊.vol.Decius.252.in 2. vol. Ruinus.51.in 4.vol.Franc.de Curte.71.Ampliatio tamen hec non cõuenit.ad.d.l.ſi quis.vbi nedum ſpoliũ ſed etiam violẽtiam probari neceſſe eſt.ſed ad.c.reintegrãda vt communiter intelligitur Aduerto tamen ꝙ cum in p̃ſumptione fundetur & alia contraria p̃ſumptioñ tollitur iuxta.c.illud.de p̃ſumpt. cum ſimil. ET ideo cõcludo ꝙ quãuis hec vera ſit in auctore ipſo vt ſpoliũ re ipſa dicatur,& reintegretur.non tamen vt procedat ĩ eius ſucceſſore quãuis vniuerſali. niſi vel probet ignorãtiam autoris ſui de poſſeſſioñ conuenti,hoc eſt ꝙ neſciuerit quis fuerit ſecũdus poſſeſſor, vel ipſius auctoris interpellationẽ.alias cum auctor ſciuerit per alium poſſideri & nihil operatus ſit,conſenſum p̃ſtitiſſe videtur alterius poſſeſſioni,per regul.q tacet la prima.in. vi. in eo videlicet ne vitioſa eſſet.non enim ante interpellationem conſtituitur quis in vitio.l.cum poſtulaſſem.ff.de damn.infect.l.mora.

ff.de vſur.l. ꝙ te. ſi cert' pet. neq; ſic de facili vitium pſumēdum eſt, argumēto. l.merito.ff.pro ſocio. Ad id ꝙ dicebāt ſecundam poſſeſſionem pſumi vitioſam non aliter conſentirem q̄ ꝙ interpellatus vel extra iudicium reſtituer poſtponat, tunc enim pſumendum eſt ea cū vitio tenuiſſe. quia quo animo quis eſt in pſenti pſumitur in pteritum. & cōſequēter dico ne ſucceſſor (q ſquis ſit) ex perſona auctoris tanquam ſpoliati reintegrationem petere poſſit. Argumento. l.decem. de verb. oblig. Minus ex perſona ſua cum nunquam in poſſeſſioñ fuerit, ē tex. in.l.cum heredes. 1. eodem. & ita limito.l.heredem.ff. de regul. iur. vt etiam ſimiliter eandem limito in Ampliat. 20. vbi differre etiam pono ſucceſſorē ab auctore. Inuenio iſtius met opinionis fuiſſe Cagnolum in.d.l.heredem per auctoritatē cornei in conſil. 319. p.vol in col. 7. nullam tamē rationem aſſignātis. ¶ Ex quibus declaratis ēt infero ꝙ vbicunq; vitium pſumptum ſuper quo ſpolium hoc re ipſa dictū contraria pſumptioñ tolleretur, tūc & aduerſus ipſum auctorem primum poſſeſſorem iſte ſecūdus ſe tueri poſſet, exemplū vulgare eſt vbi emiſiſſet alioue, titulo (ex quo ſumitur bona fides) habuiſſet & cōcluderet vbicūq; ex titulo poſſeſſio coloraretur de quo in fallē. 22. IX.

9 Mpliatur ad ſpoliatū de re mobili ita doct. hic a, quibus diſcreparem tum quia textus in.d. l. ſi quis, ad mobilia nō aptatur, tū etiam quia certius eſt mobilium poſſeſſionem apud dominum earundem eſſe laxandam alias dominium id pene inutile redderetur, cum talia conſumentur vtendo vt in ſuo titulo.ff. de vſufru eaꝶ rerum que ipſo vſu &c Inde dicitur eaꝶ vilis & abiecta poſſeſſio vt notatur i.d. l.rem que nobis. eodem. Vñ ratio maior eſt in iis vt de dominio ſuo excipiens Maxime incontinenti probare volens q̄ in immobilibus. facit glo. in.l.3. §. vnde vi interdictum. in verbo non admiſit.ff. de vi & ui arm. vbi mobilium poſſeſſio ab abſēte perditur immobiliū vero ſecus. facit quia interdictum vnde ui non datur pro rebus mobilibus Rota faſtioli ſub dubio. 17. in quinta cā.

¶ Nihilominus obſtat illa rō ꝙ ſic via committendis ſpoliis aperiretur. contra.l.meminerint. C. vnde ui. niſi uel dicas pro uiolentia non haberi ſi uidens aliquem cum re mea tranſeuntem ui auferam ab eo, Argumento.l.ait pretor in §. ſi debitorē.ff. de hiſ que in frau. Credit. Pro uiolentia nō haberi dicam quo ad diſpoſita in.l. ſi quis ad ſe fundū. non tamen quin ſecundum eius qualitatem punienda ſit nam vndecunq; delicta claruerint puniri debent. auc. qua in prouincia. C. ubi de Crim. agi oportet. Argumento.l.congruit.ff. de officio preſidis. Ampliationē. finaliter ſaluo ubi rē mobilem quāuis meam de domo alterius uiolenter auferrem domus enim ſua cuiq; refugium eſt.l.pleriq; ff. de in ius uocā.l.qui in domum.ff. de iniur. nam quāuis.d.l. ſi quis, loquatur de immobilium poſſeſſioñ ut etiam ibidem gloſſa dicit in uerbo quodcunq;. Nihilominus verba ſua. ibi vim poſſidenti intulerit. in quibus eſt tota vis legis in iſto caſu conueniūt ē.n. veꝶ vim poſſidēti illatā q̄uis nō principaliter vt de domo eū expelleret, qua de re ſuccedit ꝙ ubi con ueniūt uerba legis. & eius diſpoſitio.l.4. §. totiēs vbi Bar.ff. de dān. infect. hec Ad das ad fallen. 21. Quod ſi vtrūq; ageret. hoc ē de domo expelleret & ibidem res mobiles exiſtētes occuparet an añ oīa & ad mobilia reſtituēdus ſit. Abſq; dubio Ampliatio procedit ſic ēt Ang. Aretin. in. §. recuperāde. inſtit. de iterdictis. faciūt que dixerā in Ampl. 4. 5. X.

ſi Prcourator conſtitutus fuiſſet ad ca-
peſſendam poſſeſſionem. vt in. d. deciſ.
¶ Sed ſi negociorum geſtor, meo nomi
ne qui eram ignarus, poſſeſſionẽ adep-
tus fuiſſet a, qua inde expellatur, mi-
hi non competeret interdictum. Minus
condicto. d. l. ſi quis. neq; ratihabitio ef-
fectum operari poterit cũ re integra fie-
ri debuiſſet. l. Bonornm. ff. rẽ rat. habe
ri. integra vero non eſt poſt ſpolium ſe
quutum. Quod ẽt Bal. in. c. ꝑ. in princ.
quo. tẽpore Miles. Ad quod Innoc. Bu
trius Abbas in. c. cum veniſſent. eodẽ. &
Alex. in. l. quod meo. i. eodẽ. ¶ IN cõ-
trarium ẽ. deciſ. Afflicti. in Neap. 300.
per doctrinam Alberici in. l. ſi ego. ff. de
negoc. geſt. vbi Iac. de Arena. & Cynus.
Ex ratione quia ratificatio retro trahi-
tur ac ſi a, principio dominiũ & poſſeſ-
ſionẽ habuiſſet. ¶ Sed tranſibo cum pri
mis per. d. l. bonorum. & Addo ꝙ fictio
ſuper impoſſibili de natura non proce-
dit. cum naturam imitetur. § Minorẽ.
inſtit. de adopt. cũ ſimil. hẽ in. l. ſi is qui
pro Emptore. de vſucap. per Bar. ſed
impoſſibile eſt vt ignorans poſſideat. l.
prima. in § ſi furioſus. eodẽ. Vñ quia
neſciebam. illum nomine meo poſſide-
re, neq; credere poteram cum non mã-
dauerim vt poſſideret, itaq; nec in gñe
ſciẽtia daretur, impoſſibile erat me ne-
ſciẽtem poſſidere. Vñ ratihabitio ſequu
ta ad tẽpus neſciẽtie non poterit opera-
ri ſic firmo cũ prima opinione. ¶ Nihi
lominus & ſecundam ſaluarẽ in termi-
nis quibus meo nomine captam poſſeſ-
ſionẽ non ignoraſſem. Nam tunc (quia
in mei vtilitatem conſentire videor. vt
in Regula. Qui tacet. in libro. vi.) quã-
uis non ante ſpolium ratihabuerim ſed
poſt, tamen ratihabitio operabitur. ac
ſi res integra eſſet. Ex ratioñ quia prius
poſſidere videbar ſtante prefata regula.
Et ratihabitio nil aliud eẽ videtur q̃ ꝙ
quedã expſſio eius quod intus habebã.

Iuxta.l.iii.ff.de legat.ꝑ. ℂ Item Aduer
to ꝙ primi non tam ex virtute ratihabi
tionis mouebantur, ꝗ ex ratioñ. Quia
is (cuius nomine poſſeſſio capta erat)
nũc ſuſpicatur ſe poſſe repelli, ideo ſpo
liari dicitur iuxta not.in.l. iii.in.§. in-
terdictum.ff.de ui & ui arm. & in.l.clã
.§.qui ad nundinas.per doct. i. eodem.
Que rõ eſt Baldi in ſua diſput. incipien.
Accuſat. de ui turbatiua. ℂ Vnde con-
clude hoc Argumentum duntaxat poſ-
ſe procedere in terminis quibus añ ſpo-
lium ſciebat ſuo nomine poſſideri, poſt
ſpolium vero ſuſpicatur ſe poſſe repel-
li. itaq; perdit quã prius habebat. vulg.
l. decem.de verb.oblig.vbi, ꝙ priuatio
ꝑſupponit habitum. ℂ Sed ſi neſciebã,
quãuis & qui nomine meo ceperit poſ-
ſidere, & qui ſibi poſſeſſionem tradidiſ-
ſet vnanimiter in eo vt mihi poſſeſſio ꝗ
ratur conſenſiſſent non] propterea vi-
derem nec vere nec præſumptiue me
poſſe dici poſſeſſorem. ita vt locus ſit ar
gumẽto Baldi de quo ſupra videlicet vt
ſuſpicãs poſſe ſſionẽ perdã &c. XLIII.

PRocedit in cauſa Appel-
lationis. nam nõ obſtan-
43 te ꝙ ſpoliatus in prima
inſtantia paſſus ſit ſuper
dominio conuenti ad ef-
fectum excludẽdi poſſeſſorium cogno-
ſci, de quo habuimus in fallen. prima.:
nihilominus a, ſententia contra ſe lata
ſi appellet inſtans ante omnia (hoc eſt
antequam ſuper exceptionibus dñii diſ-
cuſſis cognoſcatur) reintegrari, Audi-
endus eſt. Butrius. in.c. paſtoralis. §. ſi
vero. de cauſa poſſeſſ. & propr. ℂ Quẽ
(quãuis Rota in nouis. Deciſ. 205. Re-
prendiſſet in profanis per Clem. vnic.
de cauſa poſſeſſ. & propriet.) tamẽ Car
dinalis & Abbas in.d.c. ſubſtinebant.
Quos Aretinus hic ſequebatur. Et conſi
lium Neapolitanum. vt per Capicium.
in deciſ. 28. ℂ Declarando tamẽ eos lo-
qui, vbi dominiũ a, reo poſſeſſorio re-
integrande conuento iam principaliter
& non per viam exceptionis deductum
fuiſſet. nam tunc ab Ampliatione de iu
re tamẽ ciuili recedeb.it. per ea que Bar.
& Iaſon hic. Iure autem canonico in ea
dem. ſtabant ſic etiam loquitur (ſi Ad-
uerto) d. Rota ℂ In quibus omnibus
attendo, ꝙ (dum dictum eſt de iure ci-
uili &c.) limitaretur in caſu quo poſſeſ
ſorio ageret per viam attentatorum. vt
ſi poſtquã appellaſſem a, ſententia pro
dominio tuo lata me ſpoliaſſes. nam
(vt puto) eo ipſo quo de hoc ſpolio cõ
ſtare ceperit (me petente) ſuperſederi
in petitorio debebit. Quia plene proba
to ante omnia ne dum reſtituendus ſũ,
ſed dominium tuũ acquirã. per.l. ſi quis
in tantam. C. vnde ui. ℂ SECVNDO
in iis conſidero dum dicebant per viam
exceptionis iure ciuili &c. Immo tunc
fortius ab Ampliatione recedendum eſ-
ſe. Moueor ex his que poſueram in fal-
len. prima. ꝙ Actor patiẽdo ſuper dñio
cognoſci per modũ excluſiuũ ſibi met
ipſi ꝑiudicauerit magis ꝗ per ſententiã
ſequutam, vnde quoniam appellatio re
ducit cauſam ad tempus poſt conteſta-
nem. vt in.l. ita demũ. C. de Procur. vbi
Bar. & notiſſimum eſt, nõ viderem quo
modo ius cognoſcendi vt ſuꝑ queſitũ
in conteſtatione, per appellationẽ acto
ris ab inuito Reo auferri poſſit. Argu-
mento, regul. quod noſtrum. de regul.
iur. in. vi. ℂ TERTIO Conſidero
minus iure canonico locum eẽ amplia-
tioni ſi pro Rei dominio in prima in-
ſtantia principaliter ab eo moto cõtra
Actorem reintegranda. Iudicatum ſit.:
nam.d. Clemen. non ꝑſupponit eſſe iu-
dicatum, immo cõtrarium vt patet. ibi.:
ante concluſionem &c. ℂ Item neq; ꝑ-
ſupponit in prima inſtantia poſſeſſorio
fuiſſe actũ, nam concurrentibus his duo
bus in prima inſtantia inciperet conſta
re de non iure agentis. Cum eo ipſo quo
pronunciatur pro petitorio conuenti
(quãuis ab eodem prius & principaliter
intentati) appareat, ſeu ſaltim apparere
incipiat agẽtem poſſeſſorio reintegran-
de tituli colore carere. quo cau in bñfi-

cialibus non auditur. vt diximus in fallen. 22. nam appellans pſumitur habere malam cauſam pronunc. induco Bertach. in verbo appellans num. 90. Iuncto quia canones fugiunt vitioſum ingreſſum vt diximus. in fallen. dicta, quo modo igitur dici poterit in ſecunda inſtantia petitorium ſuperſederi. Immo eo fortius in petitorio debere procedi. Vnde concludo ꝙ in vtroq; etiam iure canonum procedendum ſit. ¶ Non obſtat. c. paſtoralis. de cã poſſeſſ. & propriet. Quia dico ꝙ ibi ab eodẽ vtrunq;, hic ab vtroq; vnum propoſitum fuit. uidelicet. ab vno petitorium, ab altero poſtea poſſeſſorium. ¶ Non obſtat clem. dicta: Quia loquitur vbi ſpolium in prima inſtãtia nunquam agitatum fuiſſet, vt ſuadent verba ſua. ibi appellanti ſpolium intentare. ¶ Nec obſtat. c. ex conqueſtioñ. eodem. Quia mihi videtur vt ſit pro noſtra opinione, nam appellatio fiebat ibi non a, ſententia ſuper petitorio lata (nam lata non erat) ſed a, proceſſu. Ad verba ibi. Reſtitutione denegata. dic ꝙ intelliguntur vt ſonant. hoc eſt quatenus de facto denegabatur non in vim decreti. Seu interloquendo, Ita ꝙ tale decretum non aperit notorium, nõ ius alterius partis. de quo dixi. ¶ Nõ obſtat Neapolitani in deciſ. pfata, Quibus reſponde ꝙ quãuis verum ſit quedã poſt appellationẽ fieri poſſe, que in prima inſtantia fieri non potuerunt. vt per doct. in allegata. l. Admonendi. ff. de iure iurando. tamen hoc ad noſtrum nõ eſt propoſitum, nam hic facta fuerũt in prima inſtantia. hoc eſt pſtitus conſenſus. vt ſumitur ex patiẽtia iudiciali. d. §. qui tacuit in. l. de etate. ff. de interrogat. action. Et in iudicio quaſi contrahitur. l. Pomponius. §. idem ſcribit. ff. de Procur. Itaque ſicut ex contractu ius parti queſitum eſt. quod a, ſe auferri &c. vt ſupra. d. l. id quod noſtrum. ¶ Si vis alia pro intellectu Clementine pref ite. & pro. c. ex conqueſtion. vide ſupra in fallen. 24. XLIIII.

44 PRocedit in terminis. l. ꝙ meo in. §. ſi venditorem. & l. prime. in. §. ſi iuſſerim. 1. eodem. & l. Clauibus. ff. de contrah. empt. quãuis non vere ſed ficte poſſeſſionem adeptus ſim, concurrente volũtate trãſferentis eam & acquirere volentis in cõſpectu ipſius Rei, non propterea ſi alter violenter eam occuparet, minus ero reſtituẽdus. ¶ Nam & ſi quis in poſſeſſionem Eccleſie clauſe (cuius cuſtodia in tempore vacationis alteri data eſſet nõ tamen poſſeſſio vt dicit Compoſtellanus in. c. tranſmiſſa de elect.) immitteretur, non aliter ꝗ per anulum ſere ſeu ſcrature, tamen ſi a, Cuſtode nõ admittatur, dicitur ſpoliari. Iuxta poſita per Bart. & doct. in l. clam poſſidere in. §. qui ad nundinas. eodem. & ante omnia reſtituendus eſt Rota in vltimis deciſ. 18. in verſic. an inductus, & equidem uis eſt perſonalis. que requiritur vt añ omnia &c. d. l. ſi q ſibi expulſum. & ibi vim poſſidẽti. ¶ Nihilominus quia ſimplex verbalis nõ admiſſio differt a, facto (qđ factum in. d. l. requiri videtur) oportet ſaltim ꝙ cum verbali aliqua verba minatoria ſeu ſimilia aſſociata fuerint, ut ante omnia &c. Itaq; ſi agẽs ante omnia velit &c. neceſſe eſt eum diligentiam introeundi ac poſſeſſionem habendi peregiſſe. neq; ex ſimplicibus verbis deſtitiſſe niſi vel ſaltim minis fuerit reiectus. ¶ QVIBVS etiam addendum eſt ꝙ poſſeſſio quandoq; ficte transfertur nõ datis clauibus, minus Rei aſpectu cõcurrente, vt eſt exemplum in eo qui auctoritate domini ſeu poſſeſſoris pẽſionem vti ſuam a, locatore exegiſſet. (vt ſuam ĩtellige iuxta titul. ff. pro ſuo. & per gl. in. c. cum veniſſent vbi Abbas. num. ii. eodem) nam acquirit ipſius autorizantis poſſeſſionem non autem alterius ſi ab altero poſſideretur. vt dicit Bart. in. l. quãuis. 1. eodẽ. Calcan. in conſil. 55. ¶ ITEM illa etiam ficta eſt vbi quis rem ſuam ſciens conduxiſſet ab altero

reſpectu enim conducentis ille alter acquiſiuit poſſeſſionem. etiam ꝙ merces non interueniſſet. Socin.in conſil.lxi. vol.3. ¶ Simile in donante, vel vendente, nam (retinendo vſufructum)videtur ciuilem poſſeſſionem tradidiſſe. l.quiſquis.C.de donat.Nec eſt hoc ſpeciale fauor Eccleſie immo in omnibus generale ẽ vt ibidem dicit Abbas. num. 14.contra Innoc. ¶ Aliud ſimile eſt in Principe per anulum vel Biretrum quem de feudo inueſtiente,declarando eum velle per hoc ſignum poſſidere. Nam ſicut conſuetudo (nedum ſtatutum) illius eſt potentie, vt (interueniente aliquo actu loco apprehenſionis) poſſeſſio queratur,vt dicit Bald. in rubr.de cauſa poſſeſſ. & propriet.ita & fortius ipſe Princeps qui viua lex, & generalis eſt in terris.vt in auc. de conſul. ¶ Sic Rex in Regno qui iura Principis habet. Afflictus in Neapolit.299. ¶ Limitans hec procedere vbi preſens ſit qui poſſeſſionem tali modo querit. ¶ Neq; ſufficeret eſſe preſens ſi poſſeſſio eſſet penes alterum nam alter ipſe ciuilem retineret quam iſte ſic non acquirit. ¶ OMNES enim ſupradicti ſictam poſſeſſionem habentes etiam habent ſecundum quoſdam interdictum recuperande, ſi alter res eaſdem occupaſſet. ¶ Melius tamen videtur dicere Bald.in.d. Rubrica. ꝙ talis ficta poſſeſſio non parit interdictum recuperande ſed adipiſcende, habens tamen vim recuperande, in eo videlicet vt contra id exceptio dominii opponi non poſſit. hoc ſequuti ſunt Neapolit.in.d.deciſ. ¶ Et concludo ꝙ aut in conſpectu Res erat quando per Biretrum vel alio modo ficto fuerit (vt ſupra) collata poſſeſſio. Aut non in conſpectu. primo caſu competat interdictum vel condictio ex. l. ſi coloni. C.de agric. & cenſit. lib. x. non autem. ex. d. l. ſi qs ad ſe fundũ niſi nõ fuerit admiſſus vt ſupra,ſcdo caſu cũ Baldo tranſibo & videndus ſum in fallen.35. XLV.

45 PRocedit nõ obſtante ꝙ Aduerſarius (antequam remedium regule noſtre inchoaretur) vti poſſidetis interdicto agere cepiſſet. Debebit enim ſuperſ.deri in interdicto retinende. vt habetur in vltimis deciſion. Rote. XLVI.

46 AMpliatur procedere nõ obſtante ꝙ vni quis poſſeſſionem transferat (nõ animo vt eidem ſed alteri poſſeſſio queratur) & recipiens habeat animum vt ſibimet, vel alteri (non illi) acquiri debeat. Plus enim recipientis animus q̃ tradentis in querenda poſſeſſione operatur. licet in dominio ſecus ſit vt dicunt. D. Neapolit.per afflictum in deciſ.301. Reſpondendo ad.l.ſi me in ſtatuam. i. eodem. Vnde ſi is qui recepit violenter ſpolietur,non iſdẽ ſed cui voluit acquiri ante omnia reſtituendus eſt. XLVII.

47 PRocedit in ſpoliato iure permittente. Puta propter magnam infamiam delicti a,ſe perpetrati. nã ſi de innocentia doceret, ante omnia ad famam reſtituetur.c.ſuper cauſa.ii.q.5. ¶ Quem textum alio inducit ſpec.in titulo.de petit.& poſſeſ. in.§.quoniam.Ego itelligo ꝙ ſi ſe purgauerit,ante omnia (hoc eſt antequam iudex ad nouam cognitionem ſuper eodem delicto vel altero procedere valeat) ad famam (pronunciando iniuſte infamatum fuiſſe) reſtituetur. ¶ Simili modo ſuſpenſus ab officio propter notoriam criminis contra ſe obiecti infamationem. Suſpenſus inquam (ne ex eius celebratione ſcandalum animarum immineret iuxta .c.preſbyter. ii.q. 5.) peracta purgatione,reſtituetur. ¶ Sub hac impropria Ampliationẽ ponendus eſt caſus. c. accuſatum. c. tanta, de ſimon. & .iii.q.9.c. decernimus. vbi ſpoliatus eſt ob contumaciam in non comparendo. ¶ Caue tamen

ꝙ non hoc ſpolium eſt & ſi ſpecul. ita loquatur. XLVIII.

48 PRocedit in ſpoliato excipiente contra ſpoliãtem a,quo prius criminaliter fuerat conuentus. Nam probato ſpolio (anteq̃ ſuper criminali procedatur) reſtituendus eſt. ℭ Qui dicitur caſus mirabilis Quia exceptio operatur effectum conſequutiuum cuius natura ẽ operari tantum effectum repulſiuũ. vt dicit Abbas. in.c.ii.nu.17.de ordine cognit. ℭ Sed videor mihi ipſi contrariari dum aliter loquutus ſum in fallen.45. Concludo cum iſtis hic. per rationem quia nec nudi contendere neq; inimicis inermes opponere nos debemus. vt melius declarat Abbas vbi.ſupra. ℭ Reſtituendus eſt inquam non principaliter cum natura exceptionis repugnet neq; per ſe, & ſic procedit ipſa fallentia & opin.d. Antonii vt in ea.& Abbatis. Sed ſecundario,atq; culpa accuſantis ſeu inſtigantis.ſic ſaluo.glo.in.§.in.ſumma.ii.q.ii. ℭ Sed ſi accuſans ab accuſatione deſiſtat. locus eſſet nature exceptionis. ℭ Exemplum quis ciuiliter & criminaliter eiuſdem Rei occaſione agere cepit puta furti & rei vendicatione cõtra quẽ de ſpolio Reus excepit ſi Actor a,criminali deſiſtat hoc declarãdo vtiq; exceptio nõ operaretur effectũ cõſequutiuũ, ita declaro.& vide.d.fallen. XLIX.

49 PRocedit vſq; ad vnũ nũmũ,vt ſi añ oĩa reſtituendus ſit.& in quauis minima re,priusq̃ aduerſario rñdere cogatur. not. in. c.Piſanis.& p Bal.in.c.cõquerẽte eodẽ. Iaſon in.l.Qui rẽ.num.15.&.16. C.de ſacr.ſanct.Eccleſ.cũ aliis ſuꝑ allegat.in ampliat.4.in verſic.vidẽdũ in fine. L.

50 AMpliatur.diſpoſitio.d.l. ſi qs ad ſe fundũ. vt quandoq; ex officio & non petẽte parte expediatur,puta inter miſerabiles perſonas.quas ex officio iudex ante omnia reſtitui faciet. Argumento.C.quando Imperator inter pupill.& vid.vt in alio caſu dicit Hoſt.in.c.ſolite.eod.vbi Io.an. Quos refert & ſeqtur Ang.areti.ĩ tract. malefic.ſub verbis.hec eſt quedã inquiſitio.videlicet,vbi Eps illud inter Clericos ſuos. impartiatur. LI.

51 PRocedit Regula noſtra in ſpoliato violentia legali.do exemplum in eo a, quo vſurarius vſuras exegiſſet,non enim vſurarius agens ad ſortem prius audiendus eſt q̃ de vſuris ſatisfiat.hec forte rõ erit cur vſure in ſortem computantur. in.c. ſalubriter.de vſur. cum ſimil. ꝙ autem exigens vſuras ſit ſpoliator & raptor. ẽ tex.in.c.qui vſuram.14.q.4.per Rom. in ſingul. 46. LII.

52 AMpliatur ad mulieres vel ſimiles perſonas que quãuis non violẽter eiecte de poſſeſſionẽ fuiſſet, ſi tamen dolo circundu ctꝫ eam tradidiſſent (vt puto) ante omnia reſtitui deberent moueor in talibus quia doloſa perſuaſio pluſquam violẽta coactio eſt dicit textus in. l. vnica. C. de rapt. virgin. LIII.

53 AMpliatur fauore Eccleſie.vt ſic ſi prelatus nomine Eccleſie poſſeſſorio agẽs paſſus ſit de ſpoliantis dominio excipi (ad effectum poſſeſſorii propoſiti excludẽdi de quo in prima fallẽ.diximus) nihilominus iſdem inſtare poterit.vt eccleſia ante omnia reſtituatur. ℭ Quinimmo etiam ꝙ dominium inter eaſdem partes notoriatum ſit, moueor quia ꝑlatus taliter conſentiendo minime potuit eccleſie in iure queſito preiudicare vt dicit Abbas.in.c.potuit.locat.poſuram in fallẽ.18.ſimili modo in aliis rebus publici iuris dicẽdum eſſe puto.per ea que in fallen.62. ℭ Non tamen in fiſco ſi Procurator Fiſcalis de dominio

conuenti excipi vt ſupra, paſſus eſſet, argumento.l.non puto.ff.de iure Fiſci qui caſus, ab illo poſito de Fiſco in.d. fallen.61.longe varius eſt. LIIII.

54 AM pꝛiatur ad iuriſdictio nalia, nam quãuis in eis pſonalis violẽtia de qua. in.d.l.ſi quis. connenire non videatur, nihilominus, vis equidem magna eſt vbi a, dignitate (cuius intuitu ſibi iuriſdictio competebat) excludatur. In eaq; alter intrudatur de quo Innoc.in.c. literis, eodẽ. ℂ Inficiari minime poteſt quin Epiſcopo vis inferatur, dum volens in certa parrocchia ſiue dioceſis iuriſdictione vti a, populo non admittatur. Atq; de cenſuris (quibus vti velit contra nõ admittentes) vilipendium fiat de quo Abbas.in.c.olim.eodem. Tales enim expulſores ſunt vt dicit glo.in.Clem.vnica.de foro competen. Vnde includi dicentur in.d.l.ſi quis.in verbo expulſis. ℂ Alias dicendo nunquam poſſeſſio talium iurium que competũt reſpectu certi ſubiecti, ſeu dignitatis (vt ſunt iſta) perderetur quod eſſet contra. c.cũ Eccleſia Sutrina.de cauſa poſſeſſ. & propriet.&.c.ſuborta.de re iudic.Sic arguit Abbas.in.c.olim.num.17.tacite, Reſpondens ad Innocentium, volentẽ iſto caſu ꝙ ſi Epiſcopus reſiſtat (quãuis populus non obediat) ne dicatur ſpoliari, neq; ab eo poſſeſſio pdi. ℂ Pro quo vr̃ eſſe caſus in.d.c.ſuborta. ℂ SED ſi ponimus ꝙ Epiſcopus ſciens per alium iuriſdictionem ſuam in populo exerceri, atq; a, populo obſeruari de quo Innoc. in.d.c.olim.& Bald.in.l.ii.C. de ſeruit. tacuiſſet. Cum iſto caſu perſonalis violẽtia non inferatur ſed potius quia deſidia vel metu quieuit, minus cadẽte in conſtantem virum (nam eſt puſillanimitas vt dixit Abbas) & cum poſſeſſionem deſeruiſſe in aliumq; tranſtuliſſe uideatur Argumento.l.ſi forte in.§.p̃.ff. ſi ſeru.vẽdic.&.l.ſi ego.in.§.p̃.ff.de publicivt dicit Innoc. communiter, Approbatus ſi Abbati credimus. dũ excludit in.d.c.num.9.regulam. l. is qui tacet.in.lib.vi. tunc non ante omnia reſtituendus eſt per regulam noſtram.ſed bene reſtituetur per.c.reintegrãda, vbi non eſt priuilegium ꝙ ante omnia.&c. de quibus dixeram.in pluribus locis.vt in fallen.prima,& ſecunda. ℂ NON obſtat quod habetur in.d.Clemen.vnica.nam dico ꝙ (quia nullus alter Epiſcopus in illis terminis ſe intruſerit) ideo & ſi Epiſcopus fuerit expulſus, non propterea dicatur ſpoliatus. Immo ꝙ iuriſdictionis quaſi poſſeſſionem retinuerit. Quod etiam mihi videtur vt in illo textu pſupponatur.dum nõ reſtituitur ac. ſi amiſiſſet, ſed habilitatur ad ipſam in vicina dioceſi exercendam. non attenta.lege in.l.extra territorium. ff. de iuriſd.om.iudic. ℂ AD EA Que notãtur in.l.clam.§.qui ad nundinas. 1.eodem. ꝙ non admiſſus dicitur ſpoliari. Reſpõderem procedere illo modo quo Doctores.ibidem declarant.hoc eſt vbi res ipſa (in qua nõ admittatur) per aliũ occupetur. Sed in terminis clementine nullus erat occupator, quãuis Epiſcopus expulſus vt ſupra igitur &c. ℂ Contra meam hanc ſolut.'ee videtur textus. in.d.c.ſuborta vbi & ſi alter non ſit intruſus, tamen videtur Epiſcopus ſpoliatus. Dico hoc poſſe procedere I illis terminis quia Monaſterium de quo ibi extraordinẽ Epiſcopo ſubiacebat nec intra dioceſim, pondero. ibi.quaſi.que dictio exponitur ac ſi. Vnde cũ quaſi poſſeſſio ſubiectionis, extraordinaria eẽt facilius amiſſa eſt.Argumento.l. eius militis.in.§.Militia miſſus.ff.de milit.teſtamẽto. ℂ Hoc eodẽ modo intelligo. c.cum Eccleſia Sutrina.de cauſa poſſeſ. & propriet.ibi ſecundum ſtatuta Canonica.nam de facili Res reuertitur ad naturam ſuam vulg.l. iuriſgentium in.§. pactus ne peteret. ff. de pactis. ℂ ET ex iſtis infero contra. d.Abbatem in.d. c cum olim.num.17.dum vult ꝙ Epiſcopus non admiſſus a, ſuis ſubditis in

certa villa vel caſtro (quantumcunq;
excommunicationis mucrone vtatur)
iuriſdictione tñ ſpolietur. ¶ Simili mo
do ſi in loco ſue dioceſis commoretur
tamen iuriſdictioni ſibi reſpectu ſue di-
gnitatis competenti non obediatur:
¶ Nam certe ſi alter ipſius loco a, ſub-
ditis non ſit aſſumptus quo caſu aſſum
ptus ipſe diceretur intruſus & ſpoliator
vt in.d. Clem. vnica, non viderem apte
poſſe dici Epiſcopum ſpoliatum. nam
iam habuimus ĩ poſſeſſorio reintegran
de requiri etiam ſpoliatoris poſſeſſioné
vt. in declarationẽ regule. ĩ verſic. ſed an
tequam primam &c. per. l. primam in
. §. rectiſſime. ff. de ui & ui arm. vbi Bar.
& doct. per Canon. in. c. conſultationi-
bus. de officio delegat. per Abbat. in. c.
ex parte. eod. ſed ꝙ ſubditi Epalé iuriſdi
ctioné poſſideát ita ꝙ reſtituer teneátur
mihi nó ſuadetur niſi certo mó dicatur
ſpoliat' obediẽtia. & ṗdicta ĩtelligo ꝗ vti
li códitionẽ. ex. d. l. ſiq s, p ea ꝗ ĩ ápl. LV.

AMpliatur procedere ĩ ſer
uis eiectis qui nomine do
55 minorum poſſidebant cú
neq; alio modo poſſide-
re poſſent vt ĩſtit. p quas
perſo n. nobis acquirit nam quáuis ad iu
dicia inabiles reputẽtur. l. ꝙ attinet. ff.
de reg. iur In recuperáda tñ audiédi sũt
p tex. in. l. prima. C. ſi p vim vel alio mó
quia tñ ipſi petitorio nó cóueniũtur. d.
l. ꝙ attinet ideo ſi eorũ dñi conueniren
tur non ante reſpondebunt ꝗ ſi eorum
ſerui vt ſupra reſtituátur. LVI.

PRocedit in caſib' qb' re
56 gul'r ñ añ oi a ſpoliati re
ſtituũtur ſi tñ ſpoliatorẽs
d fuga ſuſpecti ſint arg. l.
ait ṗtor. in. §. ſi debitoré.
ff. de his que in fraud credit. Impro-
pria hec eſt vide in. 9. LVII.

57 PRocedit in eo qui a, ſuo
honore ſpoliaretur ſi. n.
eundem ſpoliator ad ali
quam ré cóueniret quá-
uis hoc quid diuerſum
ſit non eſſet prius (vt puto) audiendus
ꝗ ad honorem eundem reſtituiſſet pro
quo ẽ. c. notum, ũ. q. prima. vide in Am
pliat. 47. & ideo ſum etiam iſtius opi-
nionis ꝙ ſi dum agitatur duellũ vt mo-
ris eſt hinc inde mittendo prouocatio-
nes vnus ab inimico in iudicio vocare-
tur ſi prius honore ſe ſpoliatum ṗtendiſ
ſet & ob id prouocaſſet, reſpondere nó
teneretur quouſq; diffinitum ſit. quod
iure ciuili procedit ſecus canonico iure
quo duellaria certamina prohibẽtur. vt
in. c. ṗ. de purg. vul. & ibi gl. maxime in
terris Eccleſie vt ibi textus. LVIII.

AMpliatur ad caſum in
quo ab arbitrio ſuo li-
58 bero ſpoliatus extitiſſet
puta per vim aut metũ
cadentem in conſtátem
virum ad contrahendum & iurandum
inductus fuiſſet, nó enim aduerſarius ad
contenta ſub iuramento audiendus eſt
priuſquam relaxauerit iuramentum, vl'
per iudicem relaxatum ſit vt dixeram.
ſuper auc. ſacramenta puberum in ver-
ſic. reſtat ſecundũ principale &c. Quod
procedit ſi de ui conſtet ſiue metu alias
inſtrumẽtum, guarentigiatum exequen
dum eſſet deinde repetat. Argumẽto. l.
ii. C. de edict. diui Adrian. LIX.

59 PRocedit non obſtante
nullitatis exceptione pu
ta ſentẽtiam habuit pro
reſtitutionẽ Aduerſarius
dicebat eẽ nullam. huic
enim beneficio reſtitutionis nulla exce-
ptio obſtare videtur. Rot. in antiquis:
46. p. c. fin. de ordin. cognit. &. c. ĩ lrĩs.
eodé. dũ rota dicit nulla declara nulli-
tatis & intellige tribus exceptis. LX.

AMpliatur vt puto ad có
ſulentem nam ſiquis fue
60 rit expulſus a, B. de con
ſilio. C. ſine quo ipſe B.
nó erat id facturus quo
caſu pariter puniũtur. vt per canon. in
c. ṗ. de officio deleg. & ab ipſo. C. cóue-
niretur. vt puto excipiet ñ audiri ṗusꝗ

a,B.reſtituatur & moueor quia celeris
reſtitutio eſt ad penam violentie, patet
in.d.l.ſi quis.ibi.& alias penas & ibi.cri
men &c. ¶ Argueres ꝙ immo ſpolians
ipſe conueniens ad diuerſam rem nõ re
tardetur. vt Abb.in.c.ex conqueſtioñ.
num.7.eodem.Dixeram in fallen.60.
tãto minus igitur ipſe ſpolians, reſpon
de per ea que ibidem contra. d.Abbatẽ
poſui.quinimmo ſi dictum de quo ibi
Abbas attendatur non tamen in termi-
nis noſtris vbi ratio maior eſt quia cõ-
ſulens odioſior, vt dicit Felyn.in.d.c.ꝑ.
ibi plus eſt perſuadere q̃ facere. Addo
tex.in.l.vnica.C.de rapt.uirgin. ibi do
loſa perſuaſio pluſquam violenta coa-
ctio eſt, Addo ꝙ ſpolians vnum dunta
xat hoc eſt ſpoliatum offẽdit conſulẽs
ſeu perſuaſor duos ideſt & illum cui per
ſuadetur. Cum legibus obnoxius fiat.
d.l.ſi quis.& alium cui non aliter id ac-
cidiſſet. Et quoniam ratioñ odii ſit cele
ris reſtitutio vt in alio propoſito. dixit
Abbas in.d.c.num.8.igitur. LXI.

AMpliatur procedere ne-
61 dum in eo qui naturaliter
poſſidẽs de poſſeſſioñ eie-
ctus fuiſſet ſed etiam ſi ci-
uiliter tantum. ſpoliatus
enim e,ciuili reſtituendus eſt per inter-
dictum vnde ui dicunt glo. Bar. Alexan.
Aretin.Socin.in.l.clam.in.§.qui ad nũ
dinas.i.eodem.per.l.primam. in.§.ſiue
autem.ff.de ui & ui arm.ſed videtur hoc
impoſſibile cum ciuilis conſiſtat in ani-
mo vt dixeram in.l.prima.ſecundũ om
nes & animus cogi non poteſt minus
ab eo quid eiici.l.ii.C.de hered. inſtit.
Tñ aduerto ꝙ ciuilis poſſeſſio non ex
ſolo animo procedit non enim eo ipſo
quo animo ſtatuatur quid poſſideri
poſſeſſio queſita eſt, quo caſu argumen
tum forſan locum vendicaret. ſed cum
animo corporalis extrinſecus actus eſt
neceſſarius.vt in.l. quemadmodum.i.
eodem.& Bar.& omnes.vnde lex ipſam
talem inuenit acquiſitionem lex igitur
ipſa adinuenire potuit amiſſionem arg.
l.nil.naturale.ff.de regul.iur.& quoniã
animus non aliter probatur q̃ ex conie
cturis vulg.l.dolum. C. de dolo. ideo
lex coniecturata eſt ꝙ eo ipſo quo redi-
ens quis ad poſſeſſionem (quam habe-
bat) amittat. vt per Bar.& omnes in.d.
§.q ad nũdinas.¶ Idẽ ſi non rediret ta
men relatum ſibi eſſet quem de Magna-
tibus poſſeſſionem occupaſſe,vel nõ de
potentioribus ſed tamen occupantem
talem cuſtodiam preparaſſe ꝙ ſuſpice-
tur redeundo ſe poſſe repelli. iſtis enim
duobus caſibus volunt omnes in.d.§.
Quem ſua ciuili poſſeſſione dici eiectũ
ſiue ſpoliatum.atq; eſſe reſtituendũ per
ĩterdictum vñ ui. ¶ Nihilominus dubi
tatio conſiſtit in.l ſi quis.in verbis ante
omnia. que verba excludunt omnem
exceptionem vt milies dictum eſt maxi-
me in prima fallen. & videtur ꝙ non cõ
ueniant verba.d.l.in iſto caſu.dum ma
xime ibi dicitur vim poſſidenti intule-
rit.Itaq; denotatur expellentis corpo-
reus actus. ¶ Vñ concludamus in pri-
mo Exemplo ꝙ ante omnia reſtituen-
dus ſit.quia (nõ admittendo) vim vt ſu-
pra committit. & per hoc facit quia in
iſto caſu ita competit interdictum vnde
ui directũ ſicut vbi uis in corporali poſ
ſeſſioñ committatur Bar.in.l.prima.in
§.ſiue autẽ. vbi cõmuniter doct. ff. de
ui & ui arm. ¶ Sed in ſecũdo caſu vide
licet vbi ſuſpicatus &c. verba.d.l. ſi qs.
nullo modo conueniunt. vnde nec eius
diſpoſitio vulg.l.iiii.§.totiẽs.ff.de dãn.
infect. videtur enim ex ſe ipſo magis ſpo
liatus vnde nec directum ſibi competit
interdictum vt dicit Bar.in.d.§.ſed tan-
tũ vtile. ¶ Et ſi argueres ꝙ ſimili modo
competat vtilis cõdictio.d.l.ſi quis, reſ-
ponderem, ꝙ immo ſibi minus compe
tat vtile ĩterdictum vnde ui (quãuis hoc
dixiſſe nefas videatur cum Bartolus te-
ſtetur opinionem ſuam ab aliis teneri)
nam cum reuerentia magis mihi ſatisfa
cit opinio Hugonis de Porta Rau. &
Placentini volentium indiſtincte ne cõ-
petat interdictũ. ¶ Primo moueor per

fundamētum dictū.per.§.totiens. ¶ Secundo.per.l.fin.C.vnde ui.ibi quia veteres leges nec interdictū vnde ui concedebāt. ¶ Tertio quia nō video ex interpretationē iuriſconſultorum interdictū vnde ui extendi ad iſtum caſum. Immo factum eiicientis de quo ille tex.pariens maiorem rationem excludit extēſiuam interpretationem, ergo minus competit vtile, & hoc moueor per doctrinā Bartoli in.l.prima num.primo.ff. vti poſſid. ¶ Non obſtat reſpoſio Bartoli vbi ſupra,quia quāuis ratio gloſe qua ipſe ſe fundat vera ſit & procedat reſpectu amiſſionis poſſeſſionis,vt ſic poſſeſſionem amiſerit eo ipſo quo ſuſpicatus ſit ſe poſſe repelli & ſi ad locum non acceſſiſſet &c. Nihilominus non concludenter ſequitur vt ſibi competat interdictū & vide Bartolum. vnde ſuccedit. l. neq; natales. C. de probat. Item nec indiſtincte dicam eſſe veram Bartoli rationem, & gloſe.quid ſi non attento ꝙ ſuſpicetur accedat cū armis & paratus eo modo quo pateat eum nō habere animum amittendi. Nihilominus ne me reſtringam ad hunc ſolum caſum ſequor magis rationē predicta Hugonem & Placen. & conſequenter vt minus vtile interdictum cōpetat. ¶ Sed opponi poſſet de.l.prima. C.ſi per vim vel alio modo.ibi ſine vlla cunctatione reſtituant. Reſpondeo ꝙ loquitur de poſſeſſionē abſentium hoc eſt peregrinantium vt ibi textus.quorum Imperator miſeratus eſt.ad quod auc.habita.C. ne filius pro patre.& ē caſus ſpecialis.vt in princip. Quorum numero fui per multos annos. ¶ Redeundo reſpectu ciuilis tm̄ quam amiſiſſet vt ſibi competat remedium Canonis reintegranda in ſui generalitate vt communiter intelligitur vel ſecundum alium intellectum de quo in ibi competat officiū iudicis. de quo in.l.ſi me & Ticiū.ff.ſi cert.pet.hoc modo in ſupradictis opinor. & ꝙ dixi de non admiſſionē.vide.ſupra in Ampliat. 44. ibi nihilominus &c. LXII.

62 AMpliatur ad Papam,qui ſtatim ꝙ ē electus ſi ſpolietur nō obſtante ꝙ Papatus poſſeſſionem adeptus non videatur conſequenter ſpoliatus dici non poſſit,ſi iterum de Papatu alterius electio fiat vel alio modo eiiciatur,ante omnia & antequam criminibus contra ſe obiectis reſpondere teneatur eſt reſtituendus. 2.q. 7.c.nos incōpetēter.§.fin. ¶ Non obſtat ꝙ dixerimus in falle.xi. Quia illud diximus in intruſo qui nulla precedente electionē Papatū occupaſſet.ad quod vide tex.in.c.deus ergo iii.q. prima. & in.c.ſi quis.79.diſtinc. ¶ Ad argumentum,ꝙ fieri poſſet ne.reintegrari deberet quia non ſpoliatus cum poſſeſſionē non ſit adeptus per regul.l. decem.de verb.oblig. Dicendum eſſe puto ꝙ eo ipſo quo eligitur quo ad hoc intronizatur vt ſumitur ex tex.in.c. i nomine domini. 23.diſtinc.in verſic. plane. Que reſtitutio ſi non aliter ob diſcordiam fieret eſſet vna cauſa conuocandi concilium Argumento notatorum per glo. in.c.nullus.in eadem diſtinc.79. Adde predictis Bal.in tract. de ſciſma. dicentē ꝙ ſtatim quo Papa eſt electus conſequitur plenitudinem poteſtatis.

QVoniam hucuſq; tractauimus cauſam poſſeſſionis recuperande & proprietatis per reum propoſite in modum exceptionis ad impediendam reſtitutionem actori ſpoliato fiendam,conſequenter pro poſſe diſcuſſimus materiā ſpoliatorum reſtituendorum , operepreciũ eſt ut proſequamur eandē cauſam poſſeſſionis recuperāde & proprietatis propoſite per modū actionis atq; interdicta poſſeſſoria ſeparatim ponendo vnumquodq; tamen cum petitorio ſeu cum cauſa proprietatis iunctum declaremus. ¶ Vnde dicendum eſſe puto ꝙ quandoq; petitorium ſeu cauſa proprietatis

proprietatis proponitur ab eodem a quo cauſa poſſeſſorii reintegrande.

℄ Quæ reintegrande ſeu recuperande cauſa diuerſimode petitur ſecũdum diuerſos caſus & leges de quibus omnibus (excepto remedio competenti ex l. ſi quis ad ſecundum in quo magis ſir mauimus hũc tractatum) poſuit & Lapus allegat. 52. Robertus Maranta, de ordine Iudiciorum in 7. principali diſtinctioñ ad charta 46. ℄ Nos ãt hic non aliter caſus ipſos ꝙ̃ ſparſim ponamus cum earum legum diſpoſitio illa ſit ꝙ vel reſtituunt ante omnia vel non ante omnia primo caſu cũ cauſa proprietatis regulantur prout dicemus de l. ſi quis ad ſe fundum : Secundo caſu prout de. c. reintegrãda. in ſui generalitat? iii. q. prima. de quorum differentia vide ſupra num. 21. 28. 29. per totum. Et in Ampliat. 8. 15. 36. 38. 55. & motibus in 20. in 28. & 61. ℄ Redeundo quandoq; proprietatis cã proponitur ab aduerſario ſuo. ℄ Quandoq;. vtraq; ab vtroq; Itaq; tria capita faciamus. ℄ Circa primum diſtinguã per tria membra. ℄ Qđ aut quis ꝑ. Petitorium & poſtea illo pendẽte poſſeſſorium inchoauerit. ℄ Aut e, conuerſo. ℄ Aut vtrunq; ſimul. ℄ In Primo membro Bar. in prima Combinatione cõcludit poſſeſſorium hoc ab eodem qui petitorium cepit proponi poſſe. Neq; cõcurſus impediatur per glo. in l. cũ fundus. in fine. ff. de ui & ui arm. ℄ Item quia ceſſant omnes regule cumulationum impeditiue. ℄ Nec non reſpondet ad illam regulã. l. ordinarii. ne procedat vbi vtrũq; iudicium ab eo dẽ ſponte atq; tali animo vt in vtroq; probaret, inchoaretur. vt hic. ℄ Nã quãuis ꝑ. loco propoſuerit vnum nõ propterea per id ſibi ipſi proponens preiudicaſſe viſus eſt, quin aliud proponere deinde valeat. Inducta enim in augumentum non habent operari diminutionem ſeu contrarium effectum. l. ſi mancipia. ff. de fund. inſtruct. l. non omnis. ff. ſi cert. petatur. vt etiam hic Hormã. Florẽ. dicit. ℄ Secus ſi nõ ſponte &c. vt proſequitur Bar. Sed actor ipſe perſiſteret dicendo ſibi ſufficere de violẽtia cõuenti probaſſe, tũc. n. concurſũ impediri vult. ℄ Qui ſenſus nõ põt (vt puto) intelligi ex parte actoris quia ſcũ nolit, ſe ipſum impedit. Et nulli de hoc dubium eſſet, ſed intelligetur ex parte rei cõuenti volẽtis petitoriũ ab actore inchoatũ proſequi. & hoc verũ ẽ ſecundum Relatos per Innocẽt. in. c Paſtoralis in fin. eod. Quos tñ ipſe reprobat adeo ꝙ Bartolus videatur vano loquutus. ℄ Sed Ioh. de Imol. & Alex. hic. aliter intelligũt verba Bartoli. vt velit ꝙ ſi actor violentum ſpolium probaret, abſq; alia dominii ſui probatioñ, & in petitorio ſibi remaneat obtẽtũ. ℄ Cũ Bar. tenuerunt Innoc. in. d. c, Paſtoralis. eodem alias. de cauſa poſſeſſ. & propriet. (ſi credimus Alexandro) Nec nõ Cuman. & Rom. hic ꝑ tex. in. l. ſi quis emptionis. in. §. Sed hac ſuper illis. C. de preſcript. xxx. annorũ vbi ſola probatio violentie operatur ꝙ cõtra agentem dominii, queſtio tanquam iudicata a, violento inuaſore nequeat moueri, niſi ſpoliatus ipſe agens conſentiret. ℄ Breuiter dicat in per Soc. hic. ꝙ Bartolus non habuerit talem mentem nõ enim eſt inferendum de onere probationis de quo. Bar. ad ſentẽtiam. i. quomodo ferendã ſit, vt Socin. ipſe declarat. ℄ Addo ꝙ immo Bart. cõtrarium voluit. vt caperem ex eius verbis ibi. vt ſciatur cui onus probãdi &c. quod eſt dicere vt reſtituta poſſeſſiõe onus probandi dominium incumbat ipſi reo cõuento, ergo vult ne in petitorio iudicatũ dicatur ſeu pro iudicato habeatur. nam tunc eueniret ne vllo modo reus ad probandum admitti poſſet toto titulo. ff. de re iudic. ℄ Nec obſtat Innoc. nam non loquitur in ſimplicibus terminis prout ſe habet cõcluſio Imole, ſed alteratis hoc eſt vbi facta per cõuentum reſtitutione. per eundem reũ

inſtaretur petitorium inchoatum ab
actore finiri. nã tunc verũ eſt ꝙ Actor
(non probante reo ipſo) pronuncia-
retur abſq; alia ſua probatione domi-
nus. ¶ Atq; conſidero ꝙ reus inſtãdo
in eo fecit ſe actorem attento ꝙ actor
agere deſierit. argumẽto rubr. C. vt ne-
mo inuitus. ¶ Quod etiam probo nã
cum hincinde coram iudice inſtatum
ſit oportet pronũciari. l. iii. §. iudican-
di. ff. de muner. & honor. & ſuper eo de
quo cognitum fuiſſet. l. de qua re. ff. de
iudic. ſed quoniam onus probationis
incumbit ipſi reo vt hic per Bar. ſe mo
uentẽ per. l. vis eius. C. de probat. Cla-
rum eſt eo non probante ſententiam
contra ſe ferri. argu. l. qui accuſare. C.
de eden. conſequenter in fauorem acto
ris. ¶ Modo ſic, actor petierat ſe decla
rari dominum ergo eo modo neq; ali-
ter ſententia ferri debebit, vt ſit libello
conformis de quo in. c. quoniam con-
tra. de probat. Si volumus eã valide ꝓ-
mulgari, vt ibidẽ. ¶ Que rõ ceſſat vbi
reus cõuentus nouum iudicium ſuper
petitorio inchoaſſet, tunc enim eo nõ
probante reus (qui alias erat actor in
ſolo poſſeſſorio) nunc minime pro-
nunciaretur dominus, ſed ſimpliciter
abſoluetur d. l. qui accuſare. ¶ Vnde
melius erit nouum incipere alias ſucce
deret regula dãnum quod quis ſui cul-
pa ſenſit &c. de reg. iur. in. vi. ¶ Non
obſtat Imol. Alex. Aret. Claudius, &
Bologn. hic dicẽtes ꝙ actor qui vtrũq;
iudicium propoſuit ſi nõ probaret cõ-
demnaretur in expenſis, necnon pro-
nunciaretur eum non eſſe dominum,
moti primo. per Bal. in. d. l. vis eius. C.
de probat. dicentem ꝙ iudex non po-
teſt declarare ſup dominio in quo nõ
cognouerit per probationes. ¶ Quo-
niam reſponderi poſſet non tam fuiſ-
ſe mentem Baldi non enim dixit pro-
nunciari contra actorem, ideſt non eſ-
ſe dominum, ſed dixit non pro actore.
Ideſt non pro dominio actoris argu-
mento. l. neque natales. C. de probat.

¶ Itẽ neq; preſupponit caſum in quo
reus inſteterit finiri petitorium actoris
vt ſupra. per quod ſuccedit. d. regul dã
num. patet in ſuis verbis. ibi ſeparata ẽ
enim cauſa delicti a, dominio. Qua
dere patet reum ſuper dominio nõ in-
ſtetiſſe. nam in caſu iſto Bald. aliter re-
ſpondidiſſet ideſt actorem pronuncia-
ri dominum. ¶ Secũdo mouentur per
l. is qui deſtinauerat. ff. de rei vendic.
Sed reſponderem per ea que ponit In-
noc. in. d. c. ꝙ quãuis inepte actor ege-
rit & contra conſilium iuriſconſulti ni
hilominus deterior eſt malitia ſpolia-
toris & vide que dicam. in poſſeſſorio
retinẽde in ſecũdo capite principali in
verſic. reſtat modo ſcire &c. ¶ Item
attenditur inſtantia rei conuenti ſuper
dominio actoris que cauſauit cauſam
diffiniri, eoq; modo pronunciari, cum
neq; aliter potuiſſet d. c. quoniam con
tra. ¶ Non obſtat argumentum, Bal-
di ſup quo ſe fundãt hic maxime Ale-
xander. habens ſe ꝙ ſi concluſio Barto
li teneret id ſequeretur vt quis abſq; ſẽ-
tentia dominium perderet quod eſſet
contra. l. ſi quis in tantam. C. vnde ui.
vbi glo. cõmuniter approbata. in ver-
bo amittam. ¶ Quia dicerẽ id forſitã
poſſe procedere ſi concluderemus ꝙ
eo ipſo quo actor in poſſeſſorio obti-
nuiſſet dominium ſibi queſitum ſit, vt
Bartolum intelligebant. Sed nos dici-
mus ſententiam eſſe ferendam attenta
inſtantia cõuenti ergo &c. ¶ Nec ob-
ſtat. c. ſignificauerunt de teſtib. vbi fini
to poſſeſſorio poſtea deuenitur ad pe
titorium cum ambo a, principio pro-
poſita eſſent, quia intelligo iſtũ textu
volẽte actore ſuper petitorio finiri, ſed
ſi nolit non erit aliter finiendum cum
iudex non niſi parte petente officium
in ciuilib. impartiatur. l. iiii. ff. de dãn.
infect. vnde reuerẽter dicam ꝙ Innoc.
in. d. c. paſtoralis. num. 2. ibi ſed pẽde-
bit negocium ſi poteſtas volet proce-
dere &c. mihi non ſatis facit. ¶ Rede-
undo ſed ſi pars conuenti velit vt ſuo

prout hic periculo finiatur &c. finiri
debebit. argumento regule. damnum.
in. lib. 6. ¶ Non obſtat. c. cum eccle-
ſia Sutrina. de cauſa poſſeſſ. alias eodē
quia dico ꝙ ibi actor obtēto in poſſeſ-
ſorio. ſponte atq; credens ſe poſſe ob-
tinere petitorium proſequebatur. ta-
men quia probare non potuit conuen
tus abſoluitur. Non tamen ibi dicitur
ꝙ ſi actor proſequi noluiſſet pronun-
ciaretur ſe non eſſe dominum. ¶ Im-
mo facit contra dū vult ꝙ ſponte pro
ſequendo & ſuccumbens non illo mo-
do ꝓnūcietur ſed ſimpliciter reus ab-
ſoluatur addita ratione quia actor nō
probauit. ¶ Vnde concludendum pu
to abſq; eo ꝙ actor (qui in poſſeſſo-
rio recuperande obtinuit) aliquid de
ſuo dominio probet, ſi reus inſtet fini
ri iudicium ſuper actoris petitorio pri
mitus inchoato, neq; probauerit ſe eſ-
ſe dominum, vt debeat ipſe actor do-
minus pronunciari. ¶ Sed Nicholau-
us de Mattharellis. Ioan. de Imola &
Alexander itidem concludebant etiam
ꝙ reus ipſe non inſtetiſſet vt ſupra. &
mouebantur per texxtum in. dicto. §.
ſed hec ſuper illis. ¶ Dico ꝙ bona eſt
reſponſio Baldi ꝙ ibi preſcripſerat is
qui reintegrari petebat vt patet in ſupe
rioribus verbis ibidem, non mirum ſi
aduerſarius reus ſuper dominio nullo
modo auditur. ¶ Ad tex. in auct. ſi ſer
uus. C. de Epiſ. & cler. cum ſimilibus.
Reſpondet Alex. vt ſint ibi caſus ſpe-
ciales fauore hominis. ¶ Pro certo mi
hi videtur debere dici totum contra-
rium ibi Immo fauore hominis diſpo
ni aliter. ¶ Ideſt ꝙ nedum violentiam
ſed etiam dominium dominus proba-
re teneatur attento maxime primeuo
ſtatu quo omnes liberi naſcūtur. l. ma
numiſſiones quoq;. ff. de Iuſt. & iure.
¶ Vnde aliter concludo ꝙ ibi reſtitu
tio fiat abſq; dominii probatioñ. vt di
cit tex. in. l. liberis. §. fin. C. de liber. cā.
non tñ ſequitur quin ſi reus vellet pro
bare ſe liberum audiēdus ſit, & hoc vo-
luit glo. in. d. Auc. ſi ſeruus. non autem
prout ipſi eam inducebant, volētes eo
ipſo quo. probatum ſit ad eccleſiā ſer-
uum cum vitio perueniſſe, cenſeri etiā
eius dominium fuiſſe probatum. nam
hoc verum eſt preſumptiue non con-
cludenter, ita ꝙ aduerſarius a, proba-
tioñ dominii ſui cenſeatur excluſus.
¶ Hoc etiam modo reſpondeo ad. l.
vis eius. C. de probat. iūcta. l. liberis. §.
fin. C. de liber, cauſa & ad ea que poſu-
it Veronenſis in. conſil. 66. in col. pe-
nul. in 2. dubio. ¶ Redeundo ad termi
nos iſtius caſus. quando ab actore ſe-
cūdo loco poſſeſſorium propoſitum
ſit. Quero an ſi cōtra petitoriū primi-
tus inſtitutū reus de dñio ſuo obieciſ-
ſet, ipſe actor poſſeſſoriū cumulare im
65 pediatur. ¶ Refert an ante poſſeſſori-
um ab actore inchoatum reus ſuū do-
minium probaſſet. ¶ Aut non. ¶ Si
probaſſet etiam puto diſtinguendum
videlicet an agatur pro ſpolio cōmiſ-
ſo ante q̃ ſuper petitorio lis conteſta-
retur ſeu anteq̃ a, conuento de domi-
nio ſuo exciperetur. ¶ Aut poſt. ¶ Si
ante pro certo credam (probato do-
minio conuenti) non poſſe actorem
poſſeſſorium q̃uis reintegrande cumu
lare, tali modo limito Bartoli & com-
munem cōcluſionem. ¶ Moueor per
ea que dixeram, in examiñ. Reg. ſupra
num. 25. Et ſi cumulatū eſſet ante pro
bationem factam ſuper dominio con-
uenti hoc eſt ante concluſionem in cā
concludo (cognito de dominio cōuen
ti) debere in poſſeſſorio ſuperſederi cū
puenerit ad caſum a, quo incipere nō
poteſt iuxta regulam. l. pluribus. §. fi.
de verb. oblig. & ex ſententia poſtmo-
dum ſuper dominio conuenti lata poſ
ſeſſorium extingui. ¶ Sic etiam limito
prefatam doctorum concluſionē mo-
ueor ex his que ſupra conſiderauera.
num. 23. cum ſequentibus vbi pleñ.
¶ Si vero actor agat pro ſpolio com-
miſſo poſt litem in petitorio conteſta
tam tunc dicam ꝙ habita in petitorio

cognitio poſſeſſorii cumulationẽ non
impediret. Cum neq; impediat actorẽ
ipſum ſpoliatum reintegrari ſi ſenten-
tia pro dominio conuenti prolata eſ-
ſet & moueor per ea que dixeram. nu.
24. ¶ Quinimmo ante omnia hoc eſt
ãteq̃ i petitorio inchoato vlterius pro
cedatur ſpoliatus reſtituẽdus eſt & vl-
terius quandoque dominium perdit
66 per . l. ſi quis in tantam.C.vnde ui.

ET quoniam paulo ante
dixiximus actorem qui
in poſſeſſorio reintegrã-
de obtinuit nihilominus
deſiſtere a , petitorio nõ
poſſe,ſi reus cõuentus proſequi id vel-
let quãuis periculo ſuo ſit vt ſubſtinui
mus. ¶ Queri modo poſſet an actor
ipſe (qui poſſeſſorio deinde egerit)in-
uito reo petitorium a,ſe prius inchoa
tum ſuſpendat . Videtur prima fron-
te dicendum ꝙ non per auc. qui ſemel
.C.quom.& quãdo iudex.& per ea que
diximus vbi poſſeſſorium finitum fuiſ
ſet. ¶ Sed ex dictis Bartoli Cumanus
cõcludit ꝙ ſic.limitãdo.dictã.auc.pro
pter odium inuaſoris itaq; vt ſit ſpecia
lis caſus.vt dicunt . d. de Rota in no-
uis.382.p clem.vnica. eodẽ vbi Paul.
de Eliaz.Ioan.de Lignano. necnõ In-
noc.& Abbas.in.c . ex cõqueſtioñ. de
reſtit.ſpoliat. ¶ Ceſſat enim in hoc di
ſpoſitio auc.prefate. vt dicunt Innoc.
& Abbas in.c.paſtoralis eodem.quod
odiũ ceſſat poſſeſſorio finito vt quia ſi
bi reſtituta res fuiſſet. & conſequenter
ceſſat argumentum factum ex ſupradi-
ctis. ¶ Quinimmo domini volunt ꝙ
pluries id ſuſpendere valeat non ob-
ſtante ꝙ per contrarium actum vide-
licet ꝙ iterum reuertendo ad petitoriũ
a,prima ſuſpenſioñ. receſſiſſe videatur
¶ Vlterius dicũt ꝙ in omni parte pro
ceſſus ſibi liceat,dummodo violentia
purgata remaneat. ¶ Immo ſi in ſuſpẽ
ſioñ petitorii proteſtatus eſſet ꝙ ab ea
recedere nollet niſi expreſſe , tamẽ per
contrarium actum hoc eſt petitorium
reaſſumendo expreſſe recedere dicere
tur Rota,in nouis.350. ¶ Item nedũ
in prima inſtantia (Ante tamẽ couclu
ſionẽ in cauſa de iure canon. vt dicit In
noc.in.c.paſtoralis)ſed etiam in ſecun
da & tertia,niſi in ipſa tertia fuiſſet con
cluſum in cauſa que eſt concluſio to-
tius proceſſus vt in.c.cum Ioannes.de
fide inſtr. ¶ Itẽ in cauſa appellationis
Rota in nouis.417.& 205. ¶ Nihilo
minus dum dicunt pluries poſſe ſuſpen
di,limitarẽ nõ procedere vbi ſuper pe-
titorio ipſo reus de ſuo dominio exce
piſſet habito ab actore quod vel publi
co inſtrumẽto.demonſtraret. aut per
ſententiã alias obtẽtam . Tunc enim
neq; ſemel (vt putarim) ſuſpendi ab
actore liceret.per ea que in prima fallẽ
tia (quam poſueram ad regulam ſpo
liatus ante oĩa) loquutus ſum. ¶ Pro
hoc induco rotam in antiquis.69.per
not.in.c.paſtoralis ab Innocẽtio eod.
¶ Nõ obſtat Rota in nouis.394.quia
quãuis videatur contraria num. 2.ibi.
tamen etiam quia cauſa petitionis &c.
nihilominus non eſt contraria. Cum
loquatur in terminis lõge a,noſtris de-
bilioribus . noſtri enim ſunt vbi inter
eoſdem partes dominium fuiſſet noto
riatum.Quodvalde differt a,notorian
do de quo ibi. ¶ Addo pro hoc ꝙ eli
as dicitur de ſententia iuris & ſententia
hominis. ꝙ prima dependet ex futuris
probationibus.non autem ſecunda vn
de prima ſtatim exequi non poteſt.Se-
cunda ſic. Rota in nouis.deciſ. 16. & ẽ
vna additio de hoc ſi recolor ad ſpe-
cul.de petitorio & poſſeſſ. ¶ Que pro
cedunt niſi contra dominii exceptionẽ
proteſtatus eſſet de quo dixeram ante
primam fallentiam vt in ea. ¶ Secun-
do limitarem non procedere vbi ite-
rum ſuſpẽdere volens nullo modo de
ſpolio probaret, hoc eſt ꝙ ipſe fuerit
ſpoliatus ſed tantum in proceſſu inue
niretur ſimplex petitio ſua.nam cũ nul
lo modo de odio cõſtare incipiat iſto
equidem caſu tenerem aliam opinionẽ

poſitam

poſitam in d. Rota. ❡ Ad quod faciũt notata per Paul. de Eliazar. in. d. Clemen. vnica in glo. penul. eod. ❡ Induco etiam textum in. l. ſi quis in. §. pretor ait. ff. de eden. ibi ei qui iterum edi petit &c. Immo dicendum eſt eum qui iterum ſuſpendere querit vt fruſtari videatur vt in. d. §. que fruſtatio inhibita eſt per ea que in. d. auc. qui ſemel.

67 SEcundum mēbrum primi capitis faciamus per Bart. quando primo loco poſſeſſorium, Secundo petitorium ab eodē moueatur. tunc admittitur cumulatio. ❡ Addo Ioan. Calderinum & d. Antonium, in. c. cum dilectus, eodem, dicentes ſententiam latam in tali poſſeſſorio non eſſe pariturā exceptionē rei iudicate in petitorio. p. l. ſed ſi ant. de excepti: ❡ Quod dicas procedere in ſimplicibus terminis non autē vbi reus in poſſeſſorio obtinuiſſet quia probaſſet ſe eſſe dominum prout habuimus in prima fallen. ad regulam ſpoliat. ante omnia. ❡ Vnde per ibidem poſita concludamus non admitti hanc cumulationē vbi actor poſſeſſorio agens paſſus eſſet aduerſus ſe excipi de dominio conuenti. moueor ne lites litibus inculcentur vt dicitur. in clem. prima. eod. ❡ Nihilominus ꝙ quis onus dñi ſui probādi aſſumat ſi ſit reus ē quid irregulare. argumento. l. qui accuſare. C. de eden. ideo cumulationem hanc regulariter admitti concludamus.

NON ab re queramus hic an ſententia lata ſuper petitorio preiudicet in poſſeſſorio vel e, conuerſo. ❡ In iſtis terminis conſidero ꝙ aut Actor petitorium inchoando dixerit ſe velle in poſſeſſorio ſuperſederi quod etiam reo inuito fiet vt per rotam in nouis. 205. & 417. per gloſ. 4. in. c. paſtoralis eodem. ❡ Et quando facta eſt ſuſpenſio quo ad vnam partem intelligitur etiam quo ad aliam licet petita non ſit notatur. in antiquis. 625. niſi ratio diuerſa &c. ❡ Aut nō dixerit ſuperſederi. ❡ Primo caſu lata ſententia pro dominio conuenti in petitorio, minus Actori nocebit quin poſſeſſorium reaſſumere ac proſequi valeat, nam poſſibile ē vt reus debeat eſſe dominus Actor vero poſſeſſor argumento textus noſtri. ❡ In eo tamen puto eam eſſe nocituram quia non ante omnia ipſe actor prout ſi a, principio inſtetiſſet, reſtituēdus eſſet. cum obſtaret dominium ex ſententia notoriatum vt diximus in fallē. prima. ❡ Neq; hoc poſſet euitare dicendo ꝙ exceptioni per conuentū de ſuo dominio propoſite non conſenſiſſet ad poſſeſſorii preiudiciū vt ex ipſa ſuſpenſiōe colligi poſſet, ſed in petitorio tantum ſi & quatenus id reus ipſe probaret. ❡ Quia vt puto reſpondebitur per ea que dixeram in examine regule in verſic. tertio pro communi &c. ❡ Aduerto tamen quia ibi videor variare a, poſitis in fallentia. 57. ſed modo concludo ꝙ ſola cognitio ſuper conuenti dominio habita de cōſenſu actoris vt hic nō impediet quin ante omnia reſtituatur. vt tenui in. d. fallen. Diffinitio vero ſic. vt ĩ. d. verſic, tertio &c. ibi ſecundus caſus. num. 23. Sed vbi ſolum poſſeſſorium inchoatū fuiſſet ſola cognitio impediret vt in. d. verſic. ❡ Nihilominus iterum contra hoc facere videtur quia fauorabilius eſt poſſeſſorium intentatum ſine petitorio q̃ cum ipſo. ſimilem diſtinctionem facio in materia fructuum quando ſimul intentantur ſi actor obtineat ĩ poſſeſſorio (propter quod & res & fructus ſibi reſtituuntur) tamen ſi ſpoliator obtineat in reaſſumpto petitorio recuperat fructus non ſic vbi duntaxat ſpolium actor inchoaſſet rota in. antiquis. 192 ❡ Sed reſpondeo ꝙ ibi preſupponitur non eſſe ſententiam latam pro dominio conuenti in poſſeſſorio actoris

factum requirat, videlicet ꝙ vel cuſtodie
cauſa res aſſignata fuiſſet, vel legatorum
conſeruādorum, aut aliter, que omnia
abſqꝫ iudicis facto non procedunt. l. Ful
cinius. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. ea
tur. & per totum titulum vt legat. nomi
ne caueatur. ℭ Vel etiam partis de quo
inſtit. depoſiti. cum ſimil. ſed multiplicia
facta non ſunt p̄ſumenda. l. emancipati.
C. de collation. igitur &c. ℭ Iterum di
ci poſſet ꝙ ſecuudum hec mea dicta nun
quam communis doctorum concluſio
(habens ſe ꝙ per petitoriū propoſitum
videatur in eadem re poſſeſſorio renun
ciatum) verificaretur, cū ſemper dici poſ
ſet id ratione ſolius ciuilis poſſeſſionis ce
piſſe atqꝫ petitorium prius pro naturali
ℭ Vlterius & ex diuerſo ſi cōmunis iſta
opinio ſimpliciter ſumpta (vt ſumitur p
eos) ſtar̄ poſſet, vtiqꝫ textui noſtro dire
cte contrariaretur. Qui noſter textus re
ſpectu diuerſe poſſeſſionis intelligi neq
ret cum ita intelligendo de indubitabili
videretur. cōtra. l. quod labeo. ff. de Car
bon. edicto ſtāte ꝙ ex diuerſis nō ſit illa
tio vt in l. vulg. vt etiam alias poſui. Re
ſpectu aūt eiuſdē impediretur interdictū
proponi cum eidē (inchoando petitori
um) renunciaſſet. ℭ Vnde vt contraria
euitemus intelligam hunc textum in ter
minis quibus interdicto vti vellet ratio
ne ſolius ciuilis. ℭ Nec obſtat ꝙ hoc ē
diuinare quia dicimus licere vt iura iuri
bus concordentur. c. cū expediat. de ele
ctione. lib. 6. ℭ Neqꝫ obſtet hic textus i
verbo poſſeſſioni quod verbum comp̄
hēdit ēt naturalē. nam rñderē intelligen
do hoc verbum in gñe atqꝫ integraliter,
itaqꝫ vt velit ne videatur poſſeſſioni (in
tegraliter & in gñe prout naturalē atqꝫ
ciuilē comp̄hendit & in rubrica diffini
ui) renunciare. ℭ Non aūt id intelligo
in ſpecie hoc ē cuilibet poſſeſſioni nam
taliter intelligēdo rationes p̄fate nimiū
vrgerēt, ita ꝙ vix confuſio & contrarie
tas magna euitaretur. vt ēt patebit in le
ctutis. ℭ Vñ dum dicit non. n. vr̄ poſſeſ
ſioni renunciaſſe &c. Intelligo quomi
nus interdicto vti poſſit. hoc eſt ratione
tuēdi ciuilē p quod ēt indirecte conſeq
tur naturalē vt in. l. prima. ff. vti poſſid.
& talē intellectum huic litere aſſigno.
ℭ Facit quia verbum poſſeſſioni de quo
textus hic pro ciuili & naturali iunctī ſu
mitur vt patet in rubrica noſtra. & in. l.
prima. in. §. huius aūt. ff. vti poſſidetis.
Probat Bal. ſ. l. prima. C. communia de
vſucap. Alex. in conſil. 28. in 2. volum.
ℭ Itē quia verba in potiori ſignificatu
&c. vt in vulg. ℭ Non obſtat l. ordina
rii. C. de rei vēdic. l. incerti. ff. de inter
dic. quia ſimili modo dicam ibi verbū:
poſſeſſioni. pro naturali ēt & in gñe ſu
mi, vt ſtatim dixeram. ℭ Itē ibi aduer
tēdum ē ꝙ vterqꝫ dicebat ſe eē dominiū
& poſſeſſorē vt de hoc pondera ibi ver
ba. & melius colligitur ex. §. retinēde in
ſtit. de interdic. ibi ab vtraqꝫ parte que
ſtio proprietatis erat. & ibi vter ex litiga
toribus poſſideret &c. ℭ Vñ ordo ille
neceſſarius fuit vt prius in poſſeſſorio
vētilaretur. vt ibidē in verbis vt ex hoc
ordine facto &c. ℭ Quod ceſſat in ter
minis noſtris vbi pro ciuili tantum in
terdicto vtebatur adeo ꝙ naturalē eē pe
nes aduerſarium non minūſꝗ́ in petito
rio profeſſus ē. ℭ Et conſequēter ceſſat
ratio contrarietatis. de qua in. l. prima.
ff. de furt. ℭ Ceſſat ēt regula electionis:
nam tunc eligere quē oportet cum duo
diuerſa remedia competerēt ad idē. l. cū
filiis. §. variis. de legat. ſecūdo, vel ſi non
ad idē tamē important contrarietatem

in eadē pſona Actoris. vt not. in. l. quod in heredem. §. eligere. ff. de tribut. Sed hic ad diuerſa vt ſupra diximus alterando. regulam. l. ſiquis nec cauſam. neque contrarietatem &c. ¶ Sic etiam ceſſat cōtrarium de regula. l. nemo ex his. §. quotiens. ff. de regul. iur. ¶ Item ceſſat regula. l. fundi &. l. fundum. ff. except. habens ſe ꝙ vbi abſolutoria lata in petitorio pariat exceptionem rei iudicate in poſſeſſorio cumulatio impediatur ſtant. n. iſta ſimul. vt tu a, petitorio abſoluaris ego autem in ciuili mea poſſeſſione tuendus ſim. cum poſſibile ſit poſſeſſionem penes me potius ꝗ penes dominum collocandam vt milies diximus in materia reintegrande per tex hūc noſtrum cum ſimil. de quibus regulis melius & quomodo ceſſent videbis infra in ſequenti tractatu. de cumul. actionum. ¶ Vlterius ceſſat argumentum. fruſtatorii actus videlicet dum arguebatur ꝙ quia ciuilis poſſeſſor poteſt naturalem ingredi propria autoritate. l. prima. §. interdictum. ff. vti poſſidetis ideo ꝙ fruſtatorie poſſeſſorium retinende ſolius ciuilis inchoaretur. ¶ Nam Hormandotius reſpōdet ꝙ non quilibet audet illud facere. ¶ Aduerte quia ſi non audet timet ſe poſſe repelli vn̄ ſe ipſum etiam de ciuili ſpoliat. vt not. per omnes in. d. §. qui ad nundinas. l. clam. i. eodem. ¶ Vnde potius dicam ꝙ per ſolum ingreſſum non ſatisſit quominus moleſtari poſſit. & euidens ē quia & naturali poſſeſſori competit interdictum. d. l. prima. ff. vti poſſidet. ¶ Nec obſtat vltimo cōcluſioni noſtre argumentū; illud angeli ꝙ quando due actiones ad inuicem ita ſe habeant ꝙ lata ſententia & facta exequutione in vna ex altera agi non poteſt, cumulatio impediatur. per. l. primam. §. fin. ff. ſi fam. furtum. Quia ſidet bene Alex. illud verū vbi ex vnius exequutione plene alteri ſuccurratur. ¶ Vnde dicas ꝙ reſtitutio ipſius rei facta ipſi domino nō tollit moleſtationem ſaltim in terminis. l. diffamari. C. de ingen. & manumiſſ, in qua lege ſumitur ꝙ animus etiam moleſtatur. ¶ Vel etiam dicas per Alex. ꝙ in petitorio non venit intereſſe paſſum rōne moleſtationis. Vltimo nota ꝙ ſupra poſita in hoc. num. 81. verſic. Secundum ſequitur &c. procedunt in terminis iſtius. §. ſed abſolute querendo. An in dubio ſtādum ſit actoris vel eius heredis, aut iudicis declarationi vide. infra. in quinta lectura in verſic. querit Bartholus &c.

83 Reſtat tertium membrū huius primi capitis hoc eſt qn̄ petitorium & poſſeſſorium retinende reſpectu eiuſdem poſſeſſionis puta naturalis ab eodem mota fuiſſent. ¶ Quod quodo cognoſcatur ex conuenti interrogatione cum Actoris reſponſione de quibus in. l. prima. ff. de eden. Apparebit. nā alias in dubio pro ciuili tantum inchoaſſe diceretur vt nuper dixeram. ¶ Vnde videamus. An & quādo in vno & in quo Actor alterum proponendo ſibi ipſi preiudicet, in altero abrogando vel ſaltim cumulando. ¶ Et dicēdum puto ꝙ aut ſumus i iuribus incorporalibus quibus quilibet petitor eſt & poſſeſſor tunc cumulatio nō impedietur ita Bar. & Alex. aliiq; in. l. edita. C. de eden. Butrius in. c. cum dilectus eodem. & in retinēda eſt communis opinio per. l. & ſi forte. in. §. ſciendum. & l. ſicuti. in. §. Ariſto. ff. ſi ſeruitus vendic. ¶ Niſi Actor eſſet ita fatuus ꝙ cumulet (vt dicit Bal. in. l. incerti col. 3. ff. de interd.) plura contraria in eodem libello vel diuerſis cumulatiuis. ¶ Et pro communi Iaſon allegat textū in. l. cum fundum. ff. de ui & ui armata. & in c. paſtoralis eodem. quāuis non loquatur in retinenda ſed eadem ratione id concludit. ¶ Vnde Cardin. & Imola. in clem. vnica eodē idē eſſe volunt in bn̄ficialibus vbi nō datur dominium neq; poſſeſſio ſed quaſi. Cum iura ſint quos hic Ripa ſectatur. ¶ Aut in rebus corporalibus tunc ſi ſumus in habentibus cauſam proprietatis admixtam de quibus dixerā in fallen. 4. ad regulam ſpoliatus

añ omnia idẽ quod ſupra dicẽdum eſt.
¶ Si tamen prius poſſeſſorio iudicio a-
ctum fuiſſet. ¶ Secus vero vbi petitorio
prius, nam tunc ſentẽtia ſuper eo lata pa
rit exceptionẽ Rei iudicate in poſſeſſo-
rio. l. fundi. & l. ſed ſi añ. ff. de except. ſic
Ioã. An. & Butrius in. d. c. cum dilectus.
hoc eſt in terminis noſtris. de quibus in
d. §. quedam inſtit. de interdic. vbi prin-
cipaliter dicitur habere cauſam admiſtã
vt hic Ripa. ¶ Idẽ ego dicam in non ad
mixtis. ſi & vbi ſentẽtia in poſſeſſorio la
ta ſit quia conuẽtus ſe eẽ dominium pro
baſſet, poſtquã ad tollendum interdictũ
vti poſſidetis id allegaſſet, vt alias in ſimi
li dixerã ĩ prima fallẽ. & p Bal. in l. incer
84 ti. nu. 8. ff. de interdic. ¶ Si vero non ſu
mus in hñtibus cãm proprietatis admi-
xtã & tũc. ¶ Diſtinguamus. per tres cãs:
PRima cauſa ſit vbi petito
rium inchoatur prius, &
poſt poſſeſſorium. ¶ Se
cunda vbi e, conuerſo.
¶ Tertia vbi vtrunq; ſi-
mul. ¶ Rurſus ad primã conſidero tres
caſus. ¶ Vnum quando petitorium pri
us eligens ſciebat ſe poſſidere. ¶ Alterũ
ſi ignorabat. ¶ Tertium ſi titubabat.
85 ¶ Ad primum per doctores concluden
dum eſt vt eo ipſo quo vendicare cepit
poſſeſſorio renunciaſſe cenſeatur ita ꝙ
poſtea in interdicto audiri nequiret. Ar
gumento. l. prime. ff. vti poſſid. Ita Bar.
in. 3. combinat. ibi quero. Alex. Aretin.
& Magis cõmuniter. ¶ Sed Imola Ro.
& Iaſon contra per textum noſtrum q̃
ad ignorantiam tantum non eſt reſtrin
gendus, neq; ſuper eo diuinandum eſt,
cum gñaliter loquatur. ¶ Item quia in
tentio petentis. non fuit amittere. argu-
mento. l. cum de indebito. C. de probat.
vñ ſuccedit regula. l. non omnis. ff. ſi cer
ti petatur. propter quod vltimum Iaſon
dixit hanc vltimam eẽ de iure veriorem.
¶ Pro quibus Addo ꝙ ſi textus hic ad
caſum ignorantie reſtringeretur ſuper-
flue poſitus fuiſſet cum nulli vnquã du-
bium fuerit ꝙ ignorans (cum non cõſen
tiat) non amittit. ¶ Nihilominus prio-
res Magis ſequor quia Magis p̃ſumẽdũ
eſt ꝙ nõ habeat iactare ſuum vt ſupra.
q̃ ꝙ ſciuerit ſe poſſidere d. l. cum de inde
bito iũcta. l. ſi qui deſtinauerat. ff. de rei
vẽdic. ¶ Nec ẽtdico ꝙ p̃ſumatur igno-
rare ne dicamus hanc legẽ eẽ factã ſuper
indubitabili. contra. d. l. ꝙ labeo. atq;
poſitam verbis magis q̃ rebus contra. c.
commiſſa. de elect. in ſexto. cum ſimul.
¶ Sed potius ꝙ inter ſciẽtiam & ignorã
tiam ẽ dare medium ideſt titubationem
argumẽto. notatorum in regula. eius eſt
nolle. in. lib. vi. & ideo ꝙ reſpectu iacta-
tionis ſeu perditionis potius ignorantie
equiperandum ſit. per glo. in rubr. ff. de
iuris & facti ignoran. ẽ ſingularis textus.
vbi apoſtilla. in. §. ſin autem. l. fin. C. de
furtis. ¶ Non tñ propterea dicam Acto
rẽ debere probare titubationẽ cum ne-
dum grauaretur ſed & ſibi ipſi p̃iudica-
ret vt dicam in 3. cauſa. neq; grauandus
ẽ argumẽto. l. nimis graue. ff. de teſtibus
ſed immo lex magis id de quo ſupra p̃ſu
mat. Vñ vt renunciaſſe viſus ſit ſcientiã
probari oportebit & hic textus, limite-
tur quẽ nõ alio modo intelligam. ¶ Et
redeundo ad cõcluſionẽ noſtram omiſ
ſis debilioribus duo vrgere vidẽtur pri-
mũ quia ei qui poſſidet non datur actio
in rẽ. l. prima. §. interdictum hoc. ff. vti
poſſidet. §. fin. inſtit. de perpet. & tempo
ral. action. c. examinata de iudic. Si igi-
tur nulliter agit vt in. d. c. minus eenun-
ciaſſe dicẽdum ẽ cum ex actu nullo nul-
lus iuris effectus ſortiatur argumento.
l. prolatam. C. de ſñtiis. ſic Aretinus.
¶ Cui rñdeo iura illa intelligi reſpectu
conſequendi ſeu hñdi. vt etiam pondero
textum in. d. §. interdictum dum dicit ꝙ
ſibi ſufficiat vt poſſideat, quaſi dicat agẽ
do nil conſequi poſſet. ¶ Item textum
in. d. §. fin. dum dicit omnia iudicia eſſe
abſolutoria quia eo ipſo quo quis ſatiſ-
facit, liberatur. vñ vult ne agatur. quia
ne dum pars ſed & iudex atq; iudicium
eluderetur. hoc ẽ ratio p̃fati. c. ¶ Nos
vero non reſpectu conſequendi ſed com
parendi

parendi loquimur, nam dum petitori o agit vt ſibi reſtituatur tacite profitetur aduerſarium poſſidere argumento.l.de cem.de verb.obliga.vñ poſtea liberum ſibi non eſt reuocare quod iudicialiter contra eundem profeſſus eſt. Argumento.l.Pomponius ſcribit.ff.de procurat. vide hyppol.in ſingul.incipien. Calor iudicii. ℂ Non igitur dico ꝙ poſſeſſionē amittat & in hoc concordemus cū Imo la Romano atq; ſequacibus. ℂ Sed ꝙ poſſeſſorium amittat,hoc ē ius ſup poſſeſſorio comparendi.ſtante regula contrarietatis de qua.in.l.prima. C. de furtis.Non obſtante regula.d.l.cum de indebito.cum iſto caſu amiſſio in neceſſariam veniat conſequentiam argumento l.iii.in.§.eligere.ff.de tribut. &.l.iii.§. variis.de legat.ꝑ. ℂ Ad hunc textum reſponde vt ſupra declaraui ꝙ intelligatur ſuper poſſeſſione ciuili ſeu integrali vt exponetur ibi nihil.commune ideſt non omne commune vt in glo.dixerā. ℂ Secundum cōtrarium eſt.c.examinata de iudic.dum ibi dicitur ꝙ in petitorio nō proceditur.per quod videtur ne poſſeſſorio renunciatum ſit nam tunc procederetur vt dicunt. ℂ Sed reſpondeo Remotis doctorum reſponſionibus cum reuerentia intricantiam ſe, illa melior mihi ſuadetur ꝙ non procedatur in fauorē libellantis quia poſſidebat vt ibi textus, quaſi dicat quia iudicium eludebat. non propterea ſequitur ſi quid contra ſe vel tacite in iudicium dixerit, per eius aduerſarium allegari nequeat.facit.l.de etate. ff.de iterrogat.action. ℂ De Se.n.ipō nō de altero queri debet iuxta regul. damnum quod quis ſui culpa &c.in. lib. 6. ℂ Nam profeſſus eſt in petitorio aduerſarium poſſidere, dedignari nunc nō debet ſi dicens ſe poſſidere non auditur.argumēto rubr & tituli.ff. quod quiſque iuris. Sed quia hec ratio magis conuenit in ſequenti membro vt.j.dicā.in 3.lectura.num. 114. Melius dicendum eſt ꝙ quia ſciens ſe poſſidere eludebat iudice & partem atq; mendacium dicebat vt ibi dem ponam igitur &c. & conſequenter dicendnm eſt ꝙ quia patet ex textu noſtro, ꝙ ius comparendi regulatur ex renunciatione.vt patet in verſ. & ideo &c. iuncta ratione ibi nec.n.&c.ideo abſolute per p̄fatas rationes dicam cōtra Imolam Rom.& ſequaces,vt in iſto caſu reſpectu aduerſarii renunciaſſe cenſeatur, & communis opinio verificetur. ℂ Vñ infero ꝙ ſi eius aduerſarius eſſet vere do minus poſſeſſionem tanquam vacantē dummodo ſine ui vere ingredi poſſet.ne que ſpoliare diceretur vt dixeram in fal lē.3.iūcto quia hic nullus interceſſit metus. Nec non ceſſat diſpoſitio.l. fin.C. vnde ui. ibi quod ſuum eſt &c. & vide omnino infra tertiam lecturam.

86 Secundus caſus eſt quando petitorio agens ignorabat ſe poſſidere Bar. Alex. Aretin. Iaſon.& omnes concludunt nō videri eum poſſeſſorio renunciaſſe cum ignorans poſſeſſionem non perdat.l.Mater. ff.de inoffic.teſtam.l.legitimam.ff.de petit.heredit.vnde concludunt poſſeſſorium poſſe cumulari dummodo quibuſdam coniecturis ignorantia probetur puta ꝙ ꝑ ſeruum ſiue filium alibi commorantem poſſideret,alieni enim facti tollerabilis ignorantia eſt.l.fin.ff.pro ſuo. ℂ Nec obſtat ꝙ coniunctorum facta ſcire preſumatur.l.de tutela.ff. de integrum reſtit. Minorum.Quia reſpondet Bal.in l.qui ſororem.ff. de iure deliber. Bart. Alex.& doct.in.l.prima.ff.ſi cert. petatur ꝙ illud dictum procedit quo ad iura ſanguinis vel proceſſum nature puta etatis. ℂ Aduerto ꝙ ſi a,me ipſo non decipiat ſuperflue nedum loquuntur ſed ēt minus iuſte non enim debet Actor onerari vt ignorantiā probet ſi(nec ea probata) cumulari nō impediatur niſi eius ſcientia probaretur de quo ſupra. ℂ Igitur in illo ſolo caſu eorum dicta Sequor in quo Reus ipſe probaſſet puta per teſtes ſimpliciter deponentes(non exprimendo de filio vel ſeruo)poſſeſſionem

Actoris. nam quia is dicitur poſſidere
cuius nomine poſſidetur.l.is poſſidet,i.
eodem.non male deponerent ticiũ poſ-
ſidere ſi eius filius aut ſeruus poſſideret.
¶ Et in iſto caſu putarem Actorem de-
bere (ſi poſſeſſorio vti velit) ignoran-
tiam probare alias nequaquã vt per ſu-
periora. ¶ Quibus nec obſtare puto id
quod hic Ripa dicit ꝙ ignorans poſſeſ-
ſionem perdit.per.l.id quod.ff. eodem.
nã reſpondere illud in perditione.q́ al-
terius) facto cãtur.Secus vbi facto amit-
tẽtis de quo nos.nõ.n.hec amiſſio proce
dit aliter q̃ amittẽtis cõſenſu. quo carẽt
ignorãs.l.i.§.ſi furioſus i.eodẽ.igr̃ &c.

87 TErtium capiamus caſum
ideſt quando Actor peti-
torium inchoãdo de ſua
poſſeſſione titubaret exẽ-
plum certo modo (non
tamen explicite) ſibi relatum eſſet eius
filium vel ſeruum eius nomine poſſide-
re,atq; interrogatus de hoc certiorem ſe
non eſſe reſpondidiſſet. Profecto tituba
tionem tunc potius ſcientie q̃ ignoran-
tie puto equiperandam nam cum inſtru
ctus venire debuiſſet.vulg.l.qui accuſa-
re.C.de edendo.ſuum erat ſe fieri certio
rem priuſquam petitorio vti cepiſſet.
Quod cum nõ fecerit proculdubio pu-
tarem eum vt aſpernantem legis de qua
in.l.is qui deſtinauerat.ff. de rei vendic.
eſſe iudicandum. ¶ Nam in.d.l.iuriſcõ-
ſultum non aliter conſilium dediſſe pu-
tarim q̃ vt nos admoneret poſſeſſoriũ
amiſſuros ſi petitorium inchoaremus.
¶ Non obſtat ſi ſupra titubantem igna
ro equiperauerim per glo, in.d.rubr. p
tex.in l.fin.§.ſin autem. C. de furt.quia
reſpõdeo illud eſſe verum niſi a,lege ad-
monitus fuiſſet.d.l.qui accuſare in ra-
tione ſui iuncta.d.l.is qui. ¶ Sed & addo
ꝙ in ſuperiori lex habet eum pro illo ti
tubante,qui magis ignaro. equiperatur
cum non cõſtiterit iudici eum aſpernaſ
ſe legẽ,hic ſecus vt ſupra diximus. ¶ Et
ſic limitarem textum in.d.§. ſin autem.
¶ Ad quod facit regula exp̃ſſa nocent
in lib.6. ¶ Facit illud ꝙ alias dicitur ve-
rum eſſe contumacem eum qui non ta-
cendo ſed exprimendo dixerit. nolo ve-
nire glo.in verbo.cõtumacia. vbi doct.
in.l.conſentaneum. C. quomodo.&.qñ
iudex vbi Bart.in tertia colum. & iſdem
in.l.ex conſenſu in.§.fin. in verſic. que-
ro quis ſit verus cõtumax.ff.de appell.

88 EXplicita prima cauſa mo-
do ſequitur ſecunda que ẽ.
Si retinẽde interdictum pri
us inchoaretur an ab eodẽ
poſtea rei vendicatio mo-
ueri valeat.& ſiquidem .atione ſolius ci-
uilis poſſeſſionis poſſeſſorium motum
fuiſſet,nulli dubiũ reſtat poſſe etiã ven-
dicari cum reſpectu naturalis tãtum poſ
ſeſſionis reſtituende hoc eſſe motum vt
ſupra probatum ſit. ¶ Si vero etiam na-
turalis tũc ſimili modo vendicatur ſi ra-
tione ſolius detentationis apud aduerſa-
riue exiſtentis id fieri exp̃ſſum eſſet, ceſ
ſant enim tunc rationes omnes impedi-
tium cumulationum de quibus hic Bar.
in 2.qõn.dicã infra.de cumul.action.cir
ca principium. ¶ Si vero non fuerit ex-
preſſum oritur dubitatio quia poſſiden-
ti vendicatio non datur.vt in.§.fin. in-
ſtit.de perpet.& temporal.action. cũ ſi-
mil. & vulgar.iuncto quia poſſidere ad
huc p̃ſumitur is qui in p̃teritum poſſediſ
ſe probetur.l.iii.C.de probation ¶ Qui
nimmo etiam probatur ex actorum in-
ſpectione que ſemper loquitur.vulg.l.ar
riani.C.de hereticis. Itẽ probarem hoc
modo ſi enim poſſeſſorium proponen-
do quis petitorio iam propoſito renun-
ciare vr̃.&c.vt dicit Bart. in tertia lectu-
ra gloſe.per.d.§.fin.& per.l.poſt diem.
ff.de lege commiſſ. communiter appro
batus tanto fortius petitorio nõ adhuc
inchoato renunciaſſe cenſendus eſt.con
ſequentiam probo per regulã. l. ii.ff. de
his q ſunt ſui vel alieni iuris. ¶ Que no
ſtra concluſio nõ procedit vbi reus poſ
ſeſſorio cõuentus negaret explicite acto
rem poſſidere ſeu eidem interdictum cõ
petere.nam contra eundem actorem pe
titorio

titorio vtẽtem nequaquam fundare ſe in eo poſſet cum iam nixus ſit id impugnare videlicet actorẽ poſſidere. ❡Hoc tenuit Bar. in cõtrario caſu qui eſt vbi prius petitorium ceperit de quo ſupra. Motus ex regula nemo ex eo. in lib. 6. hoc idem hic nos eadem ratione teneamus. ❡Secus ſi non explicite ſed tantum negaſſet narrata prout narrantur vt fieri conſueuit nam quia talis eloquutio reſtringi poſſet ad ſolam inquietationem vt ſic non aliud negatum eſſe cenſeatur, ideo potius huic opinioni adherendum puto argumento. l. ſi quis intentiõ. ambigua. de iudic. ❡Et an & quãdo in poſitione negata ſe fundare poſſit, vide. i. lectura tertia in 3. concluſione Bartoli.

89 Queri nunc poſſet an poſſeſſorio finito petitorium capere valeat ex eo vt puto pendet an videlicet exceptio iudicati vnins alteri obſit. Concludenter dico ꝙ quia nil habet commune poſſeſſio cum proprietate vt in textu noſtro. ❡Item quia quandoq; contingit poſſeſſionem alteri ꝙ̃ domino eſſe tribuendam vt milies dictum eſt in materia reintegrande. per. l. bona fides C. depoſiti. cũ ſimil. ideo de ſententia vnius ad aliud non inferatur. ❡Sed videtur ne etiam poſſeſſorio finito petitorium inchoetur ex ratione de qua ſupra. illa videlicet quia actor profeſſus eſt ſe poſſidere conſequenter ſibi ꝓiudicauerit cum poſſeſſorium non competat poſſidenti. c. examinata. de iudic. ❡Quicquid dicatur eodem modo hoc in loco concludo ꝙ ſi Reus explicite negaſſet poſſeſſionem actoris, non poſſit ſe fundare &c. vt ſupra. dictum ẽ. Secus vbi negaſſet narrata prout narrantur. Quia tunc talia verba per ipſum reum interpretabũtur. d. l. ſi quis intentione ambigua. ❡Facit ꝙ alias dixeram de circuitu euitando in princ. repetit. ante. num. 20. ſicut & ſi Reus ipſe reſpondendo minus negaſſet poſſeſſionem actoris ſed tantũ profeſſus eſſet ſe eum nullatenus turbaſſe. petitorium tunc quippe non inchoaretur. d. §. fin. inſtit. de perpet. & temporal. action. cum iam actor ipſe apud acta ſe poſſidere ꝓtulerit, vñ petere videretur id qđ haberet arg. regule. dolo facit 16.

90 Modo videndum eſt quid e, cõuerſo an petitorio finito iſdem poſſeſſoriũ retinende inchoare valeat. diſtinguendum eſt an rõne poſſeſſionis habite poſt petitorium finitũ. ❡Aut añ. primo caſu audiri meretur argumento. d. l. bonefidei. tenet hic Bar. in retinenda quẽ ſequuntur. ❡Niſi cõuentus excipiendo dixerit ſe fuiſſe ſpoliatum. de quo in fallẽ. 29. ſuperius in reintegranda. ❡Et quod dixeram habite poſt petitorium finitum intelligo etiam ante finitum dummodo poſt ceptum vt Bar. vult in 4. lectura quod per eundem declara. non tamen conuenit hoc in loco vbi loquimur. ❡Item intelligo hoc vbi agens vti poſſidetis interdicto declaret ſimulq; probet poſſeſſionem ſibi queſitam poſt petitorium finitum, alias iudicio meo nõ audiretur. cum in finem vſq; iudicii petitorii profitendo poſſeſſionẽ eſſe penes conuentum inſtetiſſet. ❡Secundo caſu. Diſtinguo quomodo finitum ꝓſuponamus, vel quia Reus Actore non probante ſit abſolutus iuxta. l. qui accuſare. C. de eden. ❡Vel quia etiam ſe eſſe dominum oſtendiſſet. Primo caſu videtur eadem ratione qua ſupra (videlicet quia prius actor profeſſus eſt ipſum reum poſſidere propter quod vendicare voluit) nunc eundem profitentẽ ſe poſſidere ne audiri mereatur. ❡Nihilominus quia quod prius profitebatur alieni nõ ſui facti eſt, prout ſui eſt in proximo caſu ſuperiori videlicet vbi prius poſſeſſorium &c. ❡Item quia vendicando non principaliter poſſeſſionem alterius profitetur (nam principalis eius intẽtio eſt vt ſuum dominium declaretur iuxta. l. in re. ff. de rei vẽdic.) ideo ab excuſatione (vt puto) non eſt repellẽdus argumen. l. ii. ff. de iuris. & facti ignoran.

Conſequenter puto vt interdicto vti poſ
ſit. ℭ Sed ſi Reus abſolutus ſit quia ſe eē
dominum probaſſet oritur diſputatio
an interdicto retinende officiat exceptio
notoriati dominii Bar.in.ſ. combinat.
hic videtur dicere ꝙ non . ℭ Sed Anto-
us.de Butr.in.c.dilectus.de cā poſſeſſ.&
propriet.i 2.colum. in verſic . ſed teneo
primum &c.tenet ꝙ ſic. ſi bene reſpicis:
conſiderando ꝙ in caſu noſtro ꝓſuppo
nitur agi pro retinenda poſſeſſione ha-
bita per actorem antequā petitorio vti
ceperit. ℭ Vnde cōcluderem ꝙ aut agit
pro retinēda ciuili cōſequenter ne in ea
moleſtetur, ꝙ ſuccedet ſi naturalis ſibi
reſtituatur. Iuxta.l.clam poſſidere. i·§·
fin.i.eodem.c.licet cauſa.de probat.tūc
vt ab exceptionē dominii nō repellatur:
Quia cum naturalis ipſa poſſeſſio nō ui.
non clam,non ꝑcario, penes dominum
ipſum reperiri cōtingat , reſtituenda nō
erit. Cum neq; ſpoliato agenti reſtitutio
iſto caſu fiat,vt dixeram in materia rein
tegrande in fallen.67. ℭ Et hoc modo
intelligam procedere argumen. canoni-
ſtarum de quo Butrius vbi ſupra.dicen-
tium ꝙ obſtat recuperande.&c. ℭ Aut
agat pro retinenda etiam naturali tūc di
cam ne dominii exceptio obſtet nā non
fuit iſto caſu dominium inter eaſdem
partes notoriatum ad effectum excludē-
di poſſeſſorium vt diximus in prima fal-
len. & per Bal.in.l.incerti.num. ff.de in-
terdic. Vnde ſimpliciter ſuccedet regula
nr̄i·§·& d.l.bonefidei. ℭ Sed an & qn̄ ex
ceptio dn̄i retinende poſſeſſorio obſtet
videbis me infra in 2 . principali Capite
huius materie.vbi late vt credo dicam.

91 REſtat videre tertiam cām
tertii membri,vt complea-
mus primū caput retinen.
de illa eſt vbi iſdem petito
rium & poſſeſſorium reti-
nende vno cōtextu proponit. ℭ Siqui-
dem diuerſis reſpectibus vt qa poſſeſſo-
rium pro retinenda ſola ciuili res clara
eſt vt in principio huius poſſeſſorii dixi
mus. ℭ Si dubitatur vt quia ſimpliciter
nil exprimendo propoſita eſſent eodem
modo concludendum eſſe putarem ad
hoc vt libellus ſubſtineatur, vt in dubio
iura conantur vulg.l.ſed & ſi poſſeſſori,
in·§·item ſi iuramento. ff.de iure iuran.
nam ibi verba impropriantur ad ſubſti-
nendum libellum. Ergo fortius dicendū
eſt hic vbi ſolummodo diſtinguuntur.
Argumento.c.cum expediat. de elect.in
6.facit.l.ſi quis intētion. ambigua.ff.de
iudic.& conſequenter poſſeſſorium pro
ciuili poſſeſſione petitorium vero prin-
cipaliter pro declarādo dominio,ſecun
dario vero pro naturali poſſeſſoriū con
ſequenda mota eſſe dicantur. ℭ Quod
intelligo,reperta terminorum habilita
te alias ſi actor ſe ciuilem habere profite
retur & vtrunq; moueret non aliter di-
cā q̄ prout in ſequentibus ponā. ℭ Aut
ambo iudicia poſſeſſoriū videlicet & pe-
titorium eiuſdem reſpectu proponūtur.
Ideſt ob naturalem poſſeſſionem conſe
quendam (quod conuentus ſcire ſi velit
ab actore petat.iuxta.l.primā.ff.de edē.)
tunc vt ſibi ipſi contrarius a, iudice nul-
latenus admittetur per regulam.vbi re-
pugnantia de regul. iuris. in. 6 . Immo
ex officio libellus reiiceretur dicūt om-
nes in.l.edita.C.de edendo.poſt Bart.

92 SEcundum caput principale
poſſeſſorii retinende illud ē
videlicet vbi poſſeſſorium
ab vno inchoetur petitoriū
vero ab altero ſeu aduerſa-
rio ſuo vel e,cōuerſo motū fuiſſet. ℭ Vn̄
duas cās faciamus qꝛ prima ſit vbi p̊.lo
co poſſeſſoriū.&c.vt mō dixi. ℭ Secūda
ſi p̊ loco petitoriū. ℭ Circa primā cōſi-
dero plures caſus vnū qn̄ petitoriū ab ad
uerſario moueatur ꝑ viā exceptionis vt
ſi cōtra interdictum retinēde excipiat de
dn̄o ſuo dicēdo ſe non aliquem turbare
ſed tanquā dominus ꝙ vtitur iure ſuo.
ℭ Aut per modū actionis primo caſu.
ℭ Bar.ſequutus Raynerium hic dicit ex
ceptionem neq; rei iudicate obſtare, poſ
ſeſſorio retinende. ℭ Quod eſt vt puto
dicere,ꝙ nedum exceptio dominii obſt.

per

per inſtrumētum; ſed neq; per ſententiā inter eaſdē partes notoriati (prout dixeram in prima fallentia ad regulam ſpoliatus ante omnia poſſeſſorio retinende agenti habet obſtare. nam non inter eaſdem partes ſententia lata dubitationem afferret. argumēto. Rubr. C. res inter alios acta. & C. quibus res iudic. non nocet. ¶ Mouetur per glo. communiter approbata in. l. ſi de eo. in ·§· fin. ſ. eod. & per glo. (vt declarat Bar. hic) in. l. ſi de ui in fine gloſe magne. ff. de iudic. ¶ Pro hac opinione facit regula ·§· noſtri. ¶ Item pro hac Bologninus arguit. ꝙ lex an eadem. in ·§· fin. ff. de except. rei iudic. loquitur indiſtincte ꝙ qui ſuccubuerit in poſſeſſorio non impeditur inchoare petitorium ergo e, contra dicendum eſſe concludit. vt cōtrariorum eadem diſciplina eſſe oſtēdatur. ¶ Pro hac etiam opinione Claudius dicit ꝙ interdicto vti poſſidetis is obtinet qui pro bat ſe iuſtam habere poſſeſſionem tempore litis conteſtationis. vt per Alex. in conſ. 154. in 5. volum. incip. viſo proceſſu eſt tex. in ·§· retinende inſtit. de interdict. Ergo dominii exceptio nō obſtat. ¶ Quod etiam ſenſit iureconſultus in. l. is qui deſtinauerat. dum ibi conſiliū dat. ff. de rei vendic. ¶ Contrariam vero partem. tenuerunt Dynus in regula qui ad agendum. & in regula dolo. facit in lib. 6. Cynus & Bald. ſ in. l. incerti. nu. 17. C. de interdic. Quinimmo idē vr ipſe Bartolus itaq; vt ſibi contrarius tenuiſſe in. l. ſi coloni. C. de agric. & cenſit. libro x. hanc eādem Ang. Paul. & Ceteri in. d. ·§· finali. Hormandotius hic. Canoniſte in c. ii. de reſtit. ſpoliat. & ē communis opinio. ¶ Verūtamen. d. Alex. & Soccinus ex verbis. d Antonii de Butrio ita cōcordant opiniones, ꝙ aut quis agit cum interdicto retinende in hoc tantum ne in ſua ciuili & naturali moleſtetur ſeu inquietetur, & opinio prima ſit verior. ¶ Aut pro tuenda tantummodo ciuili in qua propter naturalem poſſeſſionem penes alterum exiſtentem turbatur, & tunc ſecunda opinio procedat. Ex ratione maxime illa quia que retinende agit id in effectu petit quod eſt reſtituturus. vnde dolo facit &c. vt in regula. in libro 6. ¶ Pro hac opinione Butrius in d. c. in literis. argumentatur ꝙ quia videmus exceptionem dominii obſtare poſſeſſorio recuperande (quod magis eſt priuilegiatum) ideo fortius dicendum ſit non nocituram poſſeſſorio retinende. ¶ Corroboro quia obſtando recuperāde obſtat ordinario iuri Siue remedio. iii. q. prima. in. c. reintegranda. C. ſi per vim vel alio modo. cum ſimil. Sed remediū retinēde quāuis remedium ordinarium ſit & principaliter introductum ne moleſtetur vt etiā fatetur Bal. in. l. incerti nō tamen reſpectu reſtitutionis. ea enim ſecundario venit per officium iudicis vt ſimile eſt in rei vendicatione. vt habetur in. l. officium & in. l. qui reſtituere. ff. de rei vendic. ¶ Vnde tanto magis huic reſtitutioni exceptionem dominii obſtaturam eſſe putarem quanto ꝙ extraordinem expeditur. Argumento. l. eius militis ī ·§· militia miſſus. ff. de milit. teſtam. ¶ Quam opinionem limitabant nō procedere in caſu quo iudicium retinende ſaperet naturā reintegrande. vt puta ſpoliatus de naturali vt in terminis. l. clam poſſidere in ·§· qui ad nundinas. noluerit agere iudicio reintegrande ſed magis elegerit poſſeſſorium retinende ciuilis in qua per detentionem naturalis ab occupatore turbatur, vnde volunt ꝙ ſicut reintegrande nō obſtat exceptio ita neq; huic retinēde. ¶ In quibus omnibus aduerto ꝙ regula dolo facit preſupponit pro firmo vtentem interdicto vti poſſidetis vt per indirectum naturalem conſequatur. eam habitam eſſe reſtituturum. & ꝙ illud ipſe ſciat Siue ſcire debeat vt patet in verbo eſt. Cuius verbi natura ē oſtendere veritatem. c. & ſi Chriſtus. de iure iuran. ¶ Quo ſtante dicamus ſic, ꝙ aut apparet vtentem interdicto vti poſſidetis eam rem eſſe reſtituturum. ¶ Aut non. p̄. caſu procedat opinio ſecunda

vt ſupra relata. ¶ Secũdo vero caſu pro
cedat opinio prima. ¶ Reſtat mõ ſcire
quando apparere dicatur in quo cõclu-
do ꝙ ſi actor omiſſo interdicto, petito-
rium inchoaret, poſtponendo conſiliũ
legis.in.d.l.is qui deſtinauerat.atq; Re-
us de dominio ſuo excipiendo ſententiã
conſequeretur, tunc actor trãſeundo ad
interdictum effectualiter petere diceretur
quod eſſet reſtituturus. ¶ Nam quãuis
in interdicto non petat reſtitutionẽ. ſed
tantummodo moleſtanti ſilentium im-
poni vt vtar verbis Baldi in. d.l. incerti.
C.de interdic.hoc tamen verum eſt re-
ſpectu formẽ ſed effectualiter reſtitutionẽ
petit, vnde pfata exceptio obſtare debe-
bit. Que magis in equitate ſecũdum om-
nes ibidem q̃ in rigore fundatur. ¶ ꝙ
autem ſi omnem poſſeſſionem haberet
eam domino reſtituere in dubio cogen-
dus eſſet nulli dubium eſt. per re-
gulam.l.officium,&.l. qui reſtituere. ff.
de rei vẽdic.cũ ſimil. Adde pdictis ꝙ nõ
curatur de mõ ſi habeatur effectus vt in
vulg. ¶ Nõ obſtat gl. in.d.l.ſi eo.in.§.
fin.vbi quia dominus qui clãdeſtine ſuã
rem occupauerat ſciebat vel ſaltim ſcire
debebat aduerſarium contra ſe contro-
uerſiam fore moturum, ideo dicetur clã
poſſidere per.l.clam poſſidere.i. eodem
cum ſimil. quãuis non reſpectu proprie-
tatis vt communiter ibi declarant.& cõ-
ſequenter de dominio excipiens minus
officiat agenti retinende. ¶ Quoniam
reſponderi poſſe puto non id procede-
re vbi dominium inter eaſdem partes no
toriatum fuiſſet vt hic tunc enim quia
poſſeſſio ſibi de iure competit vt in. d.l.
officium. ſuſpicari minus debuerat al-
terum ſibi eſſe controuerſiam motu-
rum. ¶ Pro hac mea opinione do Rotã
in nouis.417.circa finem vbi nõ haben
tur pro attentatis quando pendente peti
torio aduerſarii, hĩs ſententiam in poſ-
ſeſſorio ab aduerſario pari mõ inchoa-
to propria autoritate (ſine ui tñ) eam
fuerit exequutus. ¶ Similis caſus eẽt vbi
rem tibi vendidiſſem cuius poſſeſſionem
non tradidiſſem, ſed tñ eam clandeſtine
cepiſſes. hoc modo limito.d.§.fin. ¶ Itẽ
reſponderem ꝙ quãuis in iſtis terminis
clam poſſidere dicatur per rationem p-
fate gloſe, tñ aduerſarius in dolo eſſet pe
tendo quod eſſet reſtituturus vt in regu
la. dicta. ſed doli vitium deteſtabilius eſt
vitio clandeſtinitatis. ¶ Nam in clande-
ſtinitate ratio eſt illa ſuſpitio cõtrouer-
ſie ſed controuerſia non importat perdi
tionem cauſe conſequenter ipſius rei re
ſtitutionem, põt.n.abeſſe ſicut adeſſe ar
gumẽto.l.neq; natales.C.de probat. cũ
dubius ſit litis euentus.l.prima.ff. de trã
ſactione. ¶ Non ſic in doloſe petente, is
enim certus eſt eam eſſe reſtituturum, er
go preponderabitur clandeſtinitati. vt
in alio dropoſito dicit Ioã.And. ad ſpe-
cul.ſup rubrica de reſtit. ſpoliat. volens
vnum cum altero compenſari. quo ſtan
te ſequitur illa regula ꝙ in pari cã meli-
or eſt cõditio poſſidentis. d.l. prima.§.
qui a,me.ff.de ui & ui armata. ¶ Nõ ob
ſtat regula.§.noſtri quia dico eam pro-
cedere in ſimplicibus terminis. Videlicet
in illis quibus Reus abſolutus fuit quia
Actor non probauit iuxta.l. qui accuſa-
re.C.de eden. non propterea ſequitur
quin Actor interdictũ retinende inchoa-
re poſſit. Immo poterit quia nihil. com-
mune &c. vt in.§.noſtro. ¶ Sed ſi Reus
onus probãdi ſe eſſe dominum ſumpſiſ-
ſet, obtinuiſſetq;. quãuis Actor interdi-
ctum tunc inchoare non impediretur
ſecũdum regulas iuris per rationem hu-
ius noſtri textus, tñ impediretur ſecun-
dum regulam equitatis. que eſt. d. regu-
la dolo facit pualens regule ſtricte iuris
argumẽto.l.placuit.C.de iudiciis,& pro
his dictis omnino me videas in examine
regule ſpoliatus añ omnia. in verſic. nõ
obſtat Claudius. ¶ Neq; obſtabit tex-
tus in.d.l.& an eandem in.§. finali.ff.de
except. rei iudic. vt ſupra inductus quia
rñſio erit ne procedat argumentum cõ-
trariorum vbi eſt ratio diuerſa vt dixi-
mus in rubrica. Modo ſic qui ſuccũbuit
in poſſeſſorio retinende ciuilis prout

in ter-

in terminis noſtris aliquid lucratus eſt,
quia cũ agẽs petitorio debeat pro Bart.
conuẽtum poſſidere ſeu detinere vt in.l.
prima.ff.de alien.iudic.mutam.cã facta.
Iſte ſuccumbens in hoc (ſi poſtea inten-
tat petitorium) releuatur cum per ſuc-
cumbentiam ipſam appareat aduerſariũ
naturalẽ poſſidere. ¶ Et ſi diceres ꝙ ſuc
cumbere potuiſſet ex defectu ſue ciuilis
quam non probaret magis q̃ ex iuſtifica
tione naturalis penes alterum exiſtẽtis,
replicarem ꝙ eo caſu nihil perditum ſi-
bi eſt ex quo petitorium inchoando ſi-
bi p̃iudicetur. ¶ Non ſic e,cõuerſo nam
ſi contra petitorium a,me inchoatũ con
uentus nedum excipiat ſed etiam probet
dominium ſuum,in poſſeſſorio inchoã-
do mihi p̃iudicaret.cum proprietatis cã
trahat ad ſe illam poſſeſſionis dicit Ab-
bas in alio propoſito in.c.ſollicite de re
reſtit.ſpoliat.per.l.bonefidei. C. depoſ.
propter quam rationem ſuccedit regu-
la dolo facit in lib.6.igitur &c. ¶ Non
obſtat quod dicebat Claudius ꝓ ea que
Alex.in conſil.154.quia dico ꝙ id pro
cedit non vbi dominium notoriatum eſ
ſet inter eaſdem partes per ſententiam vt
ſupra.tunc. n. & ſi prius poſſeſſio ciuilis
erat iuſta penes actorem nihilominus ꝑ
ipſam ſententiam iniuſta effecta eſt argu
mento.l.prime. in·§·ff. depoſ. ¶ Niſi
Actor ipſe ĩ interdicto vti poſſidetis quo
que probaret aduerſus exceptionem do
minii a,conuento propoſitam,ꝙ nõ ob
ſtante dominio ipſo conuenti poſſeſſio
penes Actorem permanſura ſit vt alias
diximus in prima fallen.ad regul.ſpolia
tus añ omnia,& ſic limitaretur hec opi-
nio quam puto ſubſtinuiſſe. ¶ Ad.d.l.
is quis deſtinauerat reſponde ꝙ immo
ſenſit contrarium, nam dum dicit ꝙ in-
hereat poſſeſſioni quia ſic transfert o-
nera probandi in aduerſarium , ſenſit
ꝙ aduerſarius probando dominium
auocet iſtius poſſeſſionem . vt ſic ne-
queat iſte ſe tueri cum interdicto facit
quod infra proximo dum reſpondebo
ad textum in . l . ſi de eo eodem,

93 AVt & ſecũdo principaliter
non apparet vtentem inter
dicto ratione ciuilis &c . vt
ſupra.poſſeſſionem natura
lem (ſi quam haberet) cũ
ciuili eſſe reſtituturum,tũc opinio Ray-
nerii.Bartoli.atq; ſequacium verior iu-
dicetur. per glo.in.d.l.ſi de eo . in·§·fin.
vbi textus dicit.Si ſeruum meum bonefi
dei emptori clã abduxerim &c.vñ pon-
dera ꝙ non emerat a,me ſed ab alio. nõ
igitur concludenter apparet ꝙ eum ſer-
uum eſſet reſtitututus cum poſſibile ſit
ꝙ emptor emiſſet a , me vero domino,
vel aliter a,me dominium & per multas
manus fuiſſe trãslatum , vltimo loco ad
illum a,quo clam abduxerim perueniſ-
ſe.vñ bñ glo.ibidem loquuta eſt.ꝙ exce
ptio dominii poſſeſſorio retinenda non
obſtabit. ¶ Quod intellige in ſuis termi
nis,alias ſi male fidei emptor ille fuiſſet
(cum in dolo ſit) non obtineret in in-
terdicto.nam qui in dolo eſt non audi-
tur allegans domini clandeſtinitatem vt
declaraui.parum añ. ¶ Ad quod facien
dum ſupra induxi conſilium Alexandri
54.hoc modo concordo textũ in. d·§·
finali cum p̃cedenti concluſione per re-
gulam dolo facit &c. ¶ Secũdo pro cõ-
cluſione argumentor ꝙ exceptio domi
nii (non per ſententiam) habiti, ſed ſim
plex de qua loquimur propoſita per cõ
uentum non obſtat poſſeſſorio recupe-
rande vbi vis commiſſa non fuiſſet vt di
ximus in prima fallen. regule ſpoliatus
añ oĩa,dũmõ oñdat ſe poſſidere debere
vt ibidẽ loquutus ſũ , igr̃ ꝙ multo mi-
nus poſſeſſorio retinende obſtare poſſit
dicendũ ẽ.conſequentiã ex eo ſumã ꝗa
agẽs poſſeſſorio recuperãde nullã qñq;
poſſeſſionẽ h;.notatur in·§·q ad nundi
nas.ſed agẽs retinẽde ſẽp h; ad minus ci
uilẽ ideſt habere p̃tendit vt ibidẽ ꝑ oẽs.

94 SEquitur quando poſſeſſo
rio retinende cõuentus op
ponat ſe Actori per modũ
actionis ideſt vẽdicationis
reſpectu eiuſdẽ poſſeſſionis.

Bar.

Bar.hic in 4.combinat.vult ne concur-rant,ſed vt ſuper poſſeſſorio tantum p̃. loco moto procedatur.maxime quia re us petitorium proponens videtur poſſeſ ſioni renunciaſſe, itaq; vult vt poſſeſſo-rio agens in cauſa illa potior pronuncie tur. ¶ Quod dicit renunciaſſe intelligo per Aretinum hic.ſi per ſe poſſidebat,nõ ſi per filium ſiue ſeruũ vt diximus in ver-ſic.2.caſus.nu.86. ¶ Item intelligo vbi añ litem conteſtatam in poſſeſſorio pe-titorium moueatur, & quoniam eadem ratio renunciationis viget in Actore vti poſſidetis ſi ſe turbari profiteatur per na turalem cõuenti,itaq; cõpenſantur ideo deuenietur prius ad naturalis poſſeſſio-nis cognitionẽ vt dicam.in verſic. Sexta dr̃ regula &c,num. 141. ¶ Secus ſi poſt conteſtat. Nam tunc inſpiciendum eſt quomodo Reus in poſſeſſorio coteſtã-do reſpondidiſſet,ſi enim ſimpliciter in poſſeſſorio retinende negaſſet Actorem poſſidere tunc tanto magis dicendũ erit ne petitorium cumuletur quanto ꝙ Re-us ipſe nunc profeſſus ſit actorem (quẽ prius in poſſeſſorio negauerat) poſſide re.vñ vt ſibi ipſi cõtrarius repelli debet. per.l.primam.C.de furt. ¶ Nec obſtat ſi dicatur Reum ipſum poſſe negationẽ primam reuocare quia reſpõdeo vt per Aretin.hic.in.9.colum. in verſic. in ea ibi &c. ꝙ in alio iudicio reuocare nõ li-cet quia videretur eludere argumẽto & videtur textus in.l.duobus vbi Bart. in .§.ſi ergo.ff.de iure iuran. ¶ Quod di-ctum aſſignat pro pulcherrima limita-tione ad doctrinam Bartoli in.l.poſt le-gatũ in principio.ff. de his quibus vt in-dignis. ¶ Sed ſi negaſſet conuentũ na-turaliter poſſidere per quam naturalem Actor in ſua ciuili turbari profitetur,or do eſt vt prius de naturali cognitio fiat, itaq; ne cumuletur vt dicam in.d.verſic. Sexta regula &c. ¶ Aut non ſimpliciter negaſſet ſed qualificate puta narrata pro ut narrantur,& tuc ceſſat ratio modo di cta ꝙ videatur renunciaſſe &c. ¶ Item ceſſat contrarietas modo conſiderata,

nam illa verba ad ſclam inquietationem referri poſſunt,vt ſic negaſſe neq; affir-maſſe actoris poſſeſſionem videatur ſed duntaxat a, ſe moleſtationem ſibi infer-ri. ¶ Vñ vel Actoris declarationi ſtan dum erit iuxta.l. ſi quis intentione ambi gua.ff.de iudic. ¶ Vel & melius abſq; a-lia declaratione id eſſe accipiendum, ar-gumento eorum que habentur in.l.ſi cũ aurũ.ff.de ſolut.& p Bar.in.l.ſi id quod. de verb.oblig. Argumento. etiam regu-le.l.cum de indebito.C.de probat.& pu to hic poſſe cumulari. ¶ Quinimmo ꝙ ſi Reus de ſuo dominio incõtinenti edo ceret,pro Actoris poſſeſſione dicam nõ eſſe pronunciandum. Cum inſtando vel le poſſidere id quod domino eſt reſtitu-turus,nedum eludere diceretur ſed etiã doloſe verſari contra equitatem legis in l.ſi me & ticium.ff.ſi cert. petatur. & re-gule.dolo facit.in lib. 6. ¶ Niſi iuſtifi-caret ꝙ nõ obſtãte dñio alterius.ſua de-beat eẽ poſſeſſio vt alias in fallen.prima diximus ad regulã.Spoliatus añ omnia.

95 Modo videndum eſt quid e, conuerſo ideſt vbi Actor non poſſeſſorium ſed peti torium ceperit deinde con uentus ex aduerſo interdi-ctum retinẽde mouerit,an hoc poſſeſſo-riũ petitorio cumuletur. ¶ Largho mo do loquor cum ea eſſe cumulatio dica-tur que ab eodem fit qui primũ iudiciũ inchoaſſet vt dicit Bal.in.l edita. C. de eden.in.l.incerti.C. de interdictis vide-tur eſſe dicendum nedum cõcurrere poſ ſe ſed etiam poſſeſſorium debere prius expediri,ex ratione Bartoli hic in 5.cõ-binat.in fine. quia proponens petitoriũ videtur ſue poſſeſſioni renunciaſſe, vnde ſi ambo in poſſeſſione cõueniunt nil ali-ud ſupereſt q̃ ꝙ cauſa expediatur atq; iu poſſeſſione ſua quis tueatur. per. l. pri-mam.ff.vti poſſ. ¶ Sed contra conclu-ſionem hanc vrget quia intentio vendi-cantis illa fuit vt eatenus aduerſarii poſ ſeſſione profiteretur quatenus pro rei vẽ dicatione vtenda ſibi neceſſarium foret,

nec

nec alia ꝓſumenda eſt, vt dicit Imola relatus. hic per Aretinũ in. 9. col. ℭ Nec lobſtat iſdem Aretinus reſpondens ꝙ nihilominus petens poſſeſſionẽ perdit, & ſi alteri non queratur quia reſpondeo reſponſionẽ hanc facere pro hac parte nã non aliud dicimns niſi hoc videlicet ꝙ alteri non queritur, vt conſequenter negemus eorum concluſionem habentem ſe ꝙ nıl aliud reſtat q̃ ꝙ cauſa expediatur &c. vt ſupra per Bartolum. ℭ Preterea in caſu Bartoli prius poſſeſſorium ceperat in quo proponens aſſerit ſe poſſidere atq; tueri, vnde petitorium capiẽs nedum videtur renunciaſſe &c. ſed & aſſertioni Actoris conſenſiſſe non mirum ſi expeditio facilis eſt atq; prius fienda &c. ℭ Minus moueor ſi in petitorio dixiſſet reum conuentum poſſidere iniuſte, nam ſat eſt ꝙ dixerit eum poſſidere: cum ẽt predo ſit in poſſeſſione tuendus vulg. l. prima. ff. de ui & ui armata. dixi in ampliat. prima. ad regulam ſpoliatus ante omnia. ℭ Et in iſtis terminis putarem non vendicare ſibi locum id quod Bar. in prima lectura huius ·§· dixerat videlicet ꝙ renunciatio facta dicatur inſtantie atq; liti nõ aũt poſſeſſioni, quod nota. ſed in terminis noſtris petitorium prius ceptum eſt vnde ceſſat ratio taciti conſenſus adhibiti ſuper aſſertione alterius, & reſtat argumẽtum Imole quinimmo reſtat regula qui prior agit &c. de regul. iur. ℭ Et ideo concludo in noſtris terminis ꝙ aut Reus ante propoſitum a, ſe poſſeſſorium reſpondidiſſet Actori ſe non poſſidere, tunc quãuis poſſeſſionẽ ſuam non amiſiſſet per ea q̃ Bart. in. l. fin. circa princ. ff. de rei vendic. nihilominus quia in poſitione negata fundare ſe non poſſet vt per Bar. & omnes hic. nõ puto eum eſſe audiendum donec petitorium fuerit finitum, immo tanquã ſibi ipſi cõtrarius a, iudice repelletur argumento. l. prime. C. de furtis. ℭ Et ex hoc inſero ꝙ poſt litis conteſtationem in petitorio vix Reus in poſſeſſorio iſto audiendus eſſet cum litis cõteſtatio perficiatur per conuenti negationem ut omnes in auc. offeratur. C. de litis conteſtat. ℭ Quod verum eſſe puto etiam ſi Reus iuſtaret pro moleſtia illata poſt conteſtationem. niſi vel diceres eum negaſſe narrata prout narrantur vt ſuperius poſui in verſic. ſequitur &c. ℭ Aut non negauerit vel negando narrata prout &c. & tunc ſup vtroq; procedetur. ℭ Quod intelligas vbi contrarietas non inſurgeret vt dicit Salyc. in. l. ordinarii. C. de rei vendic. exemplans. ſi agam rei vendic. cõtra te tanquam naturaliter poſſidentem petendo ex officio rẽ mihi reſtitui. ℭ Si diceres ꝙ ciuiliter ſolum poſſideas atque petas in ea te tueri per interdictũ vti poſſidetis, cum in ea turberis a, me naturaliter poſſidente, & prius tũc de poſſeſſione querendum eſt. ℭ Sed vbi non daremus caſum contrarietatis ſuper vtroq; iudicio procedi deberet. ℭ In quo etiã aduertendum eẽ puto ꝙ ſi prius de actoris dominio conſtat, ſuper poſſeſſorio conuenti pronunciari non conuenit cũ reſpectu eius cui eſt poſſeſſionem reſtituturus nõ ſit in poſſeſſione tuendus arg. d. l. ſi me & ticium. ff. ſi cert. petatur & regule dolo facit &c. ℭ Quinimmo Odofredus vult in poſſeſſorio ſuperſederi, & ſi non conſtet dummodo petitorium in continenti ſe probaturum paratus ſit, vt refert & ſequitur Bal. in. l. ordinarii. C. de rei vendic. num. 13. ℭ Hec intelligo procedere niſi etiam probaret ſuam poſſeſſionem ob alterius dominium non fore mutandam, tunc. n. nedum ſimpliciter ſed etiam pronunciandum eſt nõ obſtante dominio rei conuenti ita poſſideatis. ne alias dubitari contingat an ſententia ſuper petitorio lata exequutioni demandanda eſſet iuxta. l. officium. ff. de rei vendic. ℭ Nam ad iudicẽ ipſum pertinet prouidere ne lites litibus inculcentur. c. finem litibus. de dolo & contu. c. diſpendia. de iudic. lib. 6. cum vulgar. ob quam etiam rationem ſententiam clarã proferre tenetur argumento. l. prime. ff. de eden. ℭ Si tamen prius de poſſeſſorio

conſtet pronunciabitur poſſeſſorem eſſe tuendum. Quia quãuis poſſibile ſit (vt quia pro dominio petitoris proferendũ eſſet) poſſeſſionem domino fore reſtituendã nihilominus ſub eo p̃textu non conuenit iudicem pati moleſtias cuipiã inferri arg. l. illicitas. ff. de officio p̃ſidis.

96 Tertium principale caput eſt vbi vterque hincinde proponit petitorium & poſſeſſoriũ retinẽde hoc eſt vnuſquiſqꝫ eorum dicit ſe dominũ & poſſeſſorem. Bar. in vltima cõbinatione vult in poſſeſſorio prius procedẽdum eſſe, cũ quo Alex. Paul. Aretin. Iaſon. & communiter oẽs. Alias recordor dixiſſe de hoc eſſe caſum in terminis in. l. ordinarii. C. de rei vendic. Secũdum gloſam ibidem vbi Bal. & Salyc. Et ita Iacobus Butr. intellexit. l. incerti. C. de interdic. nam ratione ordinis a iura dati ibidem hoc fit. ℂ Vñ inferrem ꝙ ſi partes vellent vt ſuper petitorio etiam procedi deberet nihilominus iudex eas audire non debet. publice. n. intereſt iuris ordinem obſeruari. l. properandum. C. de iudic. argumento. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis. & ex officio iudex occurret vulgata. l. congruit. ff. de officio preſidis. ℂ Sed Bal. in. l. prima. in fine. C. de caducis tollen. limitat. hoc nõ procedere in iuribus incorporalibus qa in his quilibet eſt petitor et poſſeſſor. ℂ Vñ doctores dicunt ꝙ eadem ratione ſit in omnibus poſſeſſoriis hñtibus cãm proprietatis admixtam de quibus dixeram in fallen. 2. ℂ Ad regulam ſpoliatus añ omnia & hñtur in. l. 2. in. §. quedam inſtit. de interdictis ℂ Contrariũ in hoc tenuit, Aretinus. hic in. 17. colum. in. 5. combinat. in fine. cõcludens ꝙ quia per vnum iudicium intentatum idem omnino alter conſequi põt ſaltim per viã exceptionis, vt cõcludit Bal. per illum tex. in. l. quemadmodum. ff. de iudic. contra ea que dixerat in. d. l. prima. Ideo ꝙ ſicut in aliis iudiciis duo libelli contrarii non admittuntur vt per Innoc. in. c. cum cõtingat. de officio deleg. per Bal. in repetit. l. edita per canon. in. c. in p̃ſentia. de probat. Ita ꝙ neqꝫ in duplicibus iudiciis de quibus ſup̃. ℂ Iaſon non inuenit. d. l. quẽadmodũ. & minus mihi oñſa ẽ. ℂ Aduerto ꝙ quando alter excipit ſolummodo excludit vt exceptionis natura ẽ, ſed quia vult includi ſeu declarari ſe heredẽ, neſcio videre cur conditio ſua. par non debeat iudicari. argumento. l. fin. C. de fructibus & litium expenſis. ℂ Quo aũt ad ipſam concluſionem nõ viderem ſic de facili ꝓcedere poſſe ſi. n. dico me dominum & poſſeſſorem non viderem cur ego ſicut aduerſarius meus audiri nõ merear. ℂ Poſſeſſorem tunc intelligo ratione ciuilis poſſeſſionis vt alias dictum eſt. num. 91. ℂ Item ſi dominium meum eẽ profitear atqꝫ vt ex officio res mihi reſtituatur, non ideo minus exiſtimo ꝙ (qa vti poſſidetis interdicto vtar) in petitorio debeam repelli nam potius interdicto vti cenſebor ſucceſſiue tanquam aduerſarii audaciam timens, vel quia iactauerit ſe ꝙ nunquam ipſam rem ſim pacifice poſſeſſurus) poſtulauerim ne dum meum dominium declarari atqꝫ reſtitui rem vt ſup̃, ſed etiam ea reſtituta vt ſim in eius poſſeſſione tuendus, & ita libellũ eſſe magis interp̃tandum arbitror q̃ ꝙ mihi ipſi cõtrarius (itaqꝫ fatuus vt dicit Bal. in. l. incerti. C. de interdic. nu. 8. ĩ fine.) iudicãdus ſim. ℂ Nã ſi libellorꝫ verba debẽt ĩpropriari magis vt libellus ipſe ſubſtineatur vulg. l. ſed & ſi poſſeſſori in. §. Itẽ ſi iurauero. ff. de iure iurã. Multo magis dicendũ ẽ ea debere p diuerſa tp̃a diſtingui arg. c. cũ expediat de elect. i lib. ſexto. & d. non debet de conſanguin. & affinit. qua de re concludo non aliter concluſioni doctorum locum fore quã ꝙ vbi contrarietas euitari nequiret.

97 Quarta concluſio Bartoli in. 2. col. verſic. vt igitur. in hac prima lectura eſt, ꝙ ſententia lata pro dominio conuenti obſtat eidem actori poſ

ſeſſorio adipiſcende agenti. Secus ſi non
pro dominio ſed ſimpliciter abſoluto-
ria feratur de quo infra. Nunc autem ea-
dem ratione qua ſupra. in retinenda nu.
81. occaſione caſus Bartoli fretus, & qa
plerūq; añ latam ſententiam ſuper pro-
prietate poſſeſſorium adipiſcēde inchoa
tur, ponam pro poſſe integrum tractatū
116 Circa ſecundum ideſt conſiderando caput ꝑiudicii. & tunc dico ꝙ quãuis conuẽtus non probaret ſcientiam actoris, nihilominus Actor qui petitorium ceperat cũ profeſſus ſit. conuentum poſſidere, nunc non poterit interdicto retinende vti dicens ſe poſſidere. quia ſibi ipſi contrarius in iudicio repellẽdus ẽ. d. reg. vbi repug. & d. l. 1.

C. de furtis. ¶ Nec excuſari poterit allegans ignorantiam ſuam cum ſcire id debuiſſet vulg. l. qui accuſare. C. de edẽdo inſtructus. n. venire debet vt in vulgaribus iuribus turpe. n. eſt agenti dicere nõ putaram. ¶ Niſi iuſtã cauſam ignorantie &c. vt dixi. ¶ Differentia iſtorum caſuum illa mihi occurrit quia in ꝑ. conuentus rei vendicatione ſi non negauerit poſitionem actoris ſed tantum ſimpliciter dixerit (vt moris eſt) nego narrata prout narrantur &c. que poſſunt referri ad negandum dominium tantũ. Tunc probato eo videlicet ꝙ actor dum cepit vendicate ſciebat ſe poſſidere. Nedũ poſſit ſe tueri contra eundem interdicto retinende agentem ne admittatur vt ſupra tanq̃ renunciauerit &c. ſed immo ꝙ poſſit conuentus ipſe agere contra actorem ſeu ipſum conuenire per interdictum retinende ciuilis poſſeſſionis ſibi queſite per talem renunciationẽ actoris cui conuentus ipſe iudicialiter non contradixit. argumento. l. Pomponius. ff. de procurat. cum vulg. vbi in iudicio quaſi cõtrahitur & conſequenter conſequi naturalẽ vt dixi & dicemus in vlt. lectura. ¶ Vn in actu Praxis obſeruarem ꝙ vbi cõuentus ſcirem actorem ipſum poſſidere atq; probarem ꝙ illud ſciat, tũc vt iudex pronunciet actorem ipſum tali poſſeſſioni renunciaſſe & cõuẽto ciuilem poſſ. acquiſitam eſſe. & conſequẽter agerem vti poſſidetis pro conſequenda naturali argumento. d. l. fin. de rei vendic. ibi per iudicem &c. facit regula. damnum quod q̄s ſui culpa &c. in lib. 6. ¶ Et ſic limitarẽ glo. in. d. ꝗ. ſi uir. in verbo amiſerit. ibi. cum & ſi nõ queratur. &c. nã puto ꝙ iudex poſſit declarare ciuilẽ ſicut etiam ſolã ciuilem transferre põt ſine naturali vt dicit Bal. in. l. ii. in prima qõſi. C. vbi in rem action. & Aretin. in ꝗ. qui ad nundinas. ſupra eodẽ. col. 2. in fine. & vide ſupra num. 85. ¶ Sed in 2. caſu crederem conuento nullam poſſeſſionem fuiſſe queſitam itaq; ceſſare argumentum: factum de. l. fin. ff. de rei vendic.

ſed tantum exceptionem contrarietatis de qua in. l. prima. C. de furtis. REdeundo ad argumenta. non obſtat tertium. Quia bñ rñdet Aretinus ꝙ illa iura loquuntur vbi non a, principio poſſidebat actor vt hic. ¶ Adde quod ſupra diximus in his iuribus non poſſe actori mẽdacium neq; malitiam tribui, ſed loquuntur vbi pendente iudicio ipſi actori ſatis fiat, tũc bñ fateor non cenſeri renunciatum eſſe. cum minus conueniat ad caſum. & ſi loquiſas eſt puto in hoc Bartolum fuiſſe aliquãtulum cauillosum. ¶ Immo neq; tunc poſſet conſiderari preiudicium de quo. ſupra. in. 2. capite. ¶ Ad ꝗ. ei qui. inſtit. de action. cũ ſimil. fateri debemus, ꝙ ei qui poſſidet non eſt actio prodita per quam neget rem actoris eſſe & e, cõuerſo ꝙ qui agit non poſſidet. Sed aduertendũ eẽ. illud procedere de iure. ¶ Sed quoniam actor nõ preſumitur ius ignorare vulg. l. ii. ff. de iuris & facti ignor. iõ tanquã veniens cõtra ius, ſi ſciens ſe poſſidere agat, & ratione eluſionis & mẽdacii (de q̄bus supra) poſſeſſiõe veniat priuandus. argumento. d. l. fin. ff. de rei vendic. ¶ Si vero neſciens, ſibi preiudicium tulerit. cum tanq̃ venẽs inſtructus ſcire id debuiſſet, vnde ſibi ſua culpa nocebit ſi tanquam ſibi ipſi contrarius a, iudicio repellatur. ¶ Alio mõ reſpondeo ad numero. 85. in retinende materia in verſiculo. prima cauſa &c. quem vide. ¶ Ad. c. examinata. de iudic. vide quomodo. ſup̄ num. 85. dedi reſpõſionem.

115 QVartam lecturã videamus habentem ſe ꝙ inchoauerim vti poſſidetis interdictum ratione poſſeſſionis quam poſtquã iudiciũ cepi in petitorio acquiſiuerim. ¶ Hãc Bolog. & Claudius hoc modo ſumant. ſi petitorio agens eo pendente poſſeſſionem nouiter acquiſiuerit vt in ea ſe tueatur vti poſſidetis interdicto vti poteſt. ¶ Ceſſat hoc modo contrarium de. l.

ordinarii &.l.incerti quibus in locis ea-
rum actionum concurſus prohibetur.
¶ Ceſſat etiam contrarium pcedentis le
cture cum in initio petitorii non poſſide
bam. itaq; verum dixi, nūc etiam cū poſ
ſeſſorio ago verum affirmo ſic Alexan-
der. ¶ Secundum hoc iſta lectura poni-
tur ratione euitande cōtrarietatis agen-
tis quod fieri nō debuit quia (vt dicunt
Claudius & Bologn.) ſtāt iſta ſimul vt
quis poſſideat & petitorio agat, puta ra
tione detentationis tantum apud aduer
ſarium exiſtentis.d.l officium.ff.rei ven
dic. Item quia dicitur ī libello ꝙ Aduer
ſarius iniuſte poſſidet. ¶ Reſpōde tamē
vt ſupra poſui in quarta qōne. prime le-
cture in verſic.de dubitat.&c. ¶ Contra
lecturam hanc Bar.opponit de.l.quoti-
ens.ff.de ſolut.de·§·ei q.īſtit.de action.
ſeu·§·p.īſtit.de perpet.& temporal.act.
quibus in locis patet ꝙ re perueniēte ad
petitorem.iudicium expirat, itaq; nō cō
currit poſſeſſorium cum petitorio vt p
ſuponitur in lectura. ¶ Vt hoc contra-
riū euitetur Bar, dicit, ꝙ ī petitorio pro
ceditur eo ſolo reſpectu, vt ſuper fructi
bus fetibus, expēſis i lite factis, atq; ſup
ſtipulatione de euictionē ſibi cōſulatur.
nam ſi ſuper principali ipſa re petita nō
pronunciaretur, neq; recurſum contra
eum qui ſibi alienam rem vendidiſſet cō
ſequi poſſet. Argumento.l.ſi dictum.in
·§·ſi compromiſero. ff. de euict. ¶ Ad
quod ſimile habetur in.l.vtiq;.l.l. in bo
nefidei .ff.de rei vendic.in.l.ſi ſeruum.ff.
iudic.ſolui. ¶ Cōmuniter doctores con
tra Bartolum inſurgunt ꝙ immo neq;
reſpectu rei principalis iudiciū expiret,
cum ſibi non denegetur petere ſe domi
num declarari iuxta.l.ex diuerſo. ff. de
rei vēdic. quinī no nō attēto ꝙ poſſide
at declarari (vt ſupra) peti pōt. ē textus
in.l.ſi a,te in·§·p iuxta tertiam lecturam
in glo. ff.de except.rei iudic. nam ibi cō
uentus fuit abſolutus itaq; ceſſat contra-
rium. de dicto·§·ſin.& tñ actor declara-
tur dominus. ¶ Cōtra communem hāc
opinionem arguitur ꝙ ſñtia contra nō
poſſidentem nunquam exequutioni de-
mandari pōt, & ſi dicatur ꝙ immo tunc
demandetur cum poſſeſſio ad conuentū
ſuperueniſſet vt dicunt Paul.de caſtr. &
Soccin.in.d.l.ſi a,te. per. l.is qui ſe ob-
tulit.ff de rei vendic. ¶ Reſpondetur ꝙ
immo ea lex contrafacit. In verbis ibi ite
rum petenti. atq; ibi tollit viam exequu-
tiuam de qua ibidem querebatur. Argu-
mento.l.& ſi ſine.in·§·ſed quod papinia
nus.ff.de minor. ¶ Quibus replicatur
ꝙ immo poſtq̄ res ad conuentum per-
ueniſſet via ipſa exequutiua conceditur.
vt eſt communis opin. & textus apertus
in.l.ſi inter te & me. ff. de except. rei iu-
dic. ¶ ꝙ aūt hec ſit opinio communis
Claudius multa cōgerit. quia tñ nō pro
fiteor implere chartas in recitationibus
niſi & quatenus vt quid afferam, neceſ-
ſe habeam. & id quo Breuius valeam, trā
ſibo cum ipſo. ¶ Et non pretermittam
ꝙ Florentini Bartolum ſaluant vt dum
dixit de euictione, voluerit ſñtiam etiam
ſuper principali eſſe ſerēdam. cum alias
dicendo nunquā de euictione ageretur
ad ꝙ d·§·ſi compromiſero.&.d.l.habe-
re. ¶ Iterum contra communem quia
ei qui poſſidet vendicatio nō datur. d.c.
examinata. ¶ Vulgaris. Reſponſio illa
ē procedere ſi poſſideat a, principio ſed
ſi ex poſt facto ceperit poſſidere infirma
ri non debet id quod a, principio valuit
argumento.l patre furioſo.ff.de his qui
ſunt cui vel alieni iuris. ¶ Que lectura
quāuis in ſe vera ſit vt communiter con
cludunt nihilominus huic textui dicunt
non conuenire tāquā diuinatiuā. ¶ Im-
mo Addas lecturam textui directo con-
trariam. quia cum tex. dicat non vī poſ-
ſeſſioni renunciaſſe qui rem vendicauit.
hoc eſt vēdicare cepit vt diximus ſupra
in fine prime lecture. Secundum melio-
rem opinionem, patet ꝙ dum cepit &c.
poſſidebat. Alias verſic. ibi non vī re-
nūciaſſe &c. eēt abſq; dubitatione, quod
vano diceretur. cōtra.l. quod labeo. ff.de
carbon.edict. ¶ Queritur in terminis i-
ſtius lecture (qua vera in ſe eſt) quomo
do per

do per iudicem pronunciandum ſit. Cōmuniter volunt conuentum duntaxat ab obſeruatione iudicii abſoluendum. ℂ Bar.tñ ꝙ immo etiam a, re ipſa petita. ℂ Mihi videtur ex mente doctorum eſſe ꝙ aut de actoris dominio non conſtabat antequā petita res ad ipſum actorem perueniſſet. ℂ Aut ſic. Primo caſu locus ſit cōi opinioni. ℂ Secundo vero caſu opinioni Bartoli. pro qbus Cardi. Abbas & Felinus. in. d. cap. examinata.

116 QVinta lectura & vltima ſeqtur in glo. ibi vel dic tertio, nam ſecūdum doctores voluit dicere qnin to. quāuis Rapha. Cum. velit in effectu tres tantum eſſe lecturas. non inſiſtam. ℂ Secundnm hanc egi rei uendicationē contra naturaliter tantummodo poſſidentem, & eo pendente iudicio, Agam contra eūdem interdicto vti poſſidetis pro ciuili poſſeſſionē apud me retinenda, in qua turbor ab aduerſario eo ipſo quo retinet naturalem ra, me violēter puta. clā, Siue ꝑcario vel ad hoc eſt textus in. l. ſi duo. in. §. ii. ff. vti poſſid. qua de re cum diuerſis reſpectibus agatur, in vtroqꝫ iudicio procedi pōt ſecundum gloſam. ℂ Declarandus igitur eſt tex. hic ibi non vr̄ poſſeſſioni renunciaſſe. hoc eſt ciuili. quominus cum interdicto in ea actor fundare ſe poſſit. nā nihil commune habet &c. ℂ Opponi poſſet ꝑ ita intelligendo lex hec eēt ſuper indubitabili contra. l. quod labeo. ff. de carbon. edicto. ſi. n. egit vēdicationē reſpectu naturalis tantum (vt ꝑſupponitur) puta id exprimendo, nulli dubium eſſet ſed cuiqꝫ clarum ꝙ ciuili (que diuerſa eſt vt diximus in rubrica) renūciatum non cenſeretur. Argumento. l. cū ꝑror. ff. de iudic. ℂ Vt hoc euitemus, concludi poſſe puto ꝙ in petitorio ſimpliciter & abſque taxatiua agere cepit. ſed poſtmodum capiendo interdictum pro ciuili tuenda, declarare dicatur vendicationem reſpectu naturalis tantum inchoaſſe ſic lectura clara erit.

NOn tñ dicam vt Bologn. hic volens pro ſexto intellectu ſiue lectura, eadē rōne ꝙ capiens interdictum pro ciuili & naturali tuenda declaraſſe dicatur vendicatione ſe vsū eſſe rōne ſolius detentationis de qua in. l. officiū. ff. de rei vēdic. ℂ Profecto in hoc variarem ea ſola rōne quia in dubio detinens ſeu inſiſtens iudicandus eſt poſſeſſor argumento. l. prime. ſupra. eodem. ℂ Non obſtat dum pro tali ſua opinione dicebatur ꝙ in hoc textu non conſideretur vna poſſeſſio ab alia diſtincta ſed integralis ipſa prout eſt ciuilis iuncta cum naturali, & diſtinctio hic non fiat niſi de proprietate ad poſſeſſionē. ℂ Quia rñderem ꝙ ſi quando verbum poſſeſſio profertur, capi deberet pro integrali vt ſupra. ſequeretur vt rei vēdicatio nunquam competeret niſi contra eum qui ciuiliter & naturaliter ēt poſſideret. eadem rōne quia profertur verbū. poſſeſſio. in. §. eque. inſtit. de action. ſimpliciter dicendo. vendicationem nō dari niſi contra poſſeſſorem & ei qui poſſidet non competere. Quod q̄ ſit falſum patet in. l. offi[illegible]um. ff. de rei vēdic. ℂ Ad tex. hic rñde, ꝙ dubiū vertebatur de poſſeſſione ad proprietatem, nō aūt de poſſeſione ad poſſeſſionem. ideo nō fuit exꝑſſa diſtinctio poſſeſſionum. ℂ Vlterius diſtinctio hic poſita eſt per modum rōnis & principaliter pro ratione, que magis conuenit in terminis iſtius lecture q̄ ubi verbum poſſeſſio integraliter caperetur. nam qñ integraliter &c. textus hic decideret abſqꝫ dubitationē, cum id notiſſimum ſit. illationem nō fieri ex diuerſis vulgar. l. papinianus Exul. ff. de minor. ℂ Non obſtat dum ſecundo dicitur ꝙ ciuilis poſſeſſio conſiſtit in animo ut communiter doctores volunt & animus turbari non pōt. conſequēter competere interdictum quod tantum pro turbationē conceditur. ff. uti poſſid. Cui Adde. l. ii. C. de hered. inſtit. Quia q̄ falſiſſimū ſit dicere animū nō turbar i

uemo

nemo eſt qui ignoret. ¶ Eſt enim ve-
rum quandoq; animum non poſſe con-
uinci vt in.d.l.ii. ¶ Necnon verum eſt
animum quandoq; non turbari, non ta
men ſequitur nó poſſe turbari. ¶ Quod
ſit non quia timeat ſe poſſe repelli, cum
naturaliter non inſiſtat, cui inſiſtentie
repulſio conuenit. Sed quia non quie-
ſcit animus niſi corpus conſequatur id
ꝙ rationabiliter conſequi debet. Eſt
enim hoc de iuregentium a,naturali ra-
tione hominũ cauſatum ·§· quod vero
inſtit. de iure naturali gentium & ciuili.
¶ Ad id quod Bal. dixit in.l.prima. C.
communia vtriuſq; iudic. & Alexand. in
conſil. 28. in 2. volum. ꝙ verbum poſſeſ
ſio in ſingulari. pro ciuili & naturali ſi-
mul iuncta intelligatur. facit. l. prima.
in·§·huius auté. ff. vti poſſidetis. reſpon
deo verum eé niſi tali modo intelligẽdo
lex fieret ſine dubitatione & contra.
tex. in. §. 5. in prohem. inſtitutionum.

ET ex hoc infero ꝙ vbi ex-
preſſiſſet rei vendicatione
vti vt declaretur dominus,
& eius ratione Aduerſari-
us deſiſteret a. nuda deten-
tatióe (tũc, qa ceſſat ró indubitabilis de
ciſióis) verbũ poſſeſſio ꝓ naturali & ciui
li iũcta capiendũ ſit & pro his ſimul tuen
dis interdictum inchoatum eſſe dicatur.

HOc in ſe puto verum.
& forſitan dari poſſe pro
ſeptimo ĩtellectu, vt ſic ea
dem rationem qua diui-
nant dando quintum intel
lectum communem, ea videlicet vt con-
trarietas euitetur deb: re diſtingui vt in-
choando interdictum retinende intelli-
gatur pro ciuili tantum. & conſequen-
ter vendicationem inchoatum pro natu
rali fuiſſe, ſimili modo nos diuinare poſ
ſimus vt proprietatis iudicium reſpectu
ſolius detentationis (quãuis principali-
ter vt declaretur dominus) fuerit inchoa
tum. vt quia fuiſſet expreſſum. (vt euite-
mus rationem quam nuper dixi ꝙ in du
bio detentor preſumitur poſſidere.)

¶ Que noſtra diuinatio ea ratione fie-
ret ne verbum poſſeſſio hic poſitum di-
ſtinguatur, ſed potius cenſendũ ſit ſignifi
care ciuilem & naturalem vt in genere
diffinitur. vt per Bal. & Alex. vbi ſupra.

OCtauam inſuper adderem
lecturam & intellectũ. nam
117 non attento ꝙ in iudicio
rei vendicationis ſeu pro-
prietatis ſecundario veni-
at per iudiciis officium poſſeſſio. d. l. of-
ficium. l. qui reſtituere. ff. de rei vendic.
cum ſimil. iureconſultus dixit hic nihil
commune &c. ¶ Hoc eſt dicere nó pro
pterea quia iudicis officio poſſeſſio ve-
nit &c. credere debes vt proprietas quid
habeat commune cum poſſeſſione ita vt
ſi quam (dum vẽdicabat) poſſeſſionem
habebat ei renunciaſſe viſus ſit. nam nó
vr̃ renũciaſſe &c. & ideo quãuis proprie
tatis iudicium ceperit retinende interdi
ctum inchoare poteſt. ¶ Quod intelli-
go ratione cuiuslibet poſſeſſionis. non
attento an ratione eiuſdem poſſeſſionis,
petitorium cepiſſet. ¶ Nam in peti-
torio non fuit cogitatum de poſſeſ-
ſione ſed de dominio tantum vel ſal-
tim principaliter vnde id tantum at-
tendendum eſt vulgar. l. ſi quis nec
cauſam. ff. ſi cert. petatur. ¶ Non
enim video intellectum cui conueni-
at hec ratio iuris conſulti niſi iſtum.
¶ Obſtat quia ſecundum quam rónem
ſemper hec duo iudicia cumularentur,
quod eſt falſum. vt in ſuperioribus lectu
ris & dicemus infra de actionum cumula
tione. ¶ Sed reſpóde in illis caſibus alia
particulari ratione cumulationem impe
diri. ¶ Si. n. p̊ poſſeſſorium retinende
capiam cum per id profitear exp̃ſſe me
poſſidere, non potero eiuſdemmet poſ
ſeſſionis ratione vẽdicare, cum vendica
tio poſſeſſori non detur. d. §. ei qui. in-
ſtit. de action. cum ſimil. ¶ Sed ſi p̊ cepe
rim petitorium potero poſt poſſeſſoriũ
retinende capere ratione eiuſdẽmet &c.
vt hic. per rationem iſtius textus. non
tñ potero petitoriũ añceptum proſeq.

neq; hoc dr̄ in hoc textu. ℭ Immo dico
nō poſſe proſequi, moueor quia res per
uenit ad caſum a,quo incipere non pōt
argumento·§·ſi ſeruus.inſtit.de noxali-
bus.action.patet quia cum ſecundo lo-
co profitear exp̄ſſe me poſſidere ſucce-
dit regula.d·§·ei qui.cum ſimil . & quia
cōtrarius audiri nō debet d.l. prima.C.
de furtis.cū ſimil.igitur remoto petito-
rio,ſuper interdicto tantum procedi de-
bebit,neq; i hoc textu dr̄ ꝙ ſuper vtroq;
procedendum ſit. ℭ Vn̄ dico ꝙ per rō-
nem iſtius textus cumulatio nunquam
impeditur ſed per alias iuris regulas ſi-
cut ſupra.Que vbi ceſſant prout ī termi
nis quinte lecture.Ibi ambo iudicia con
currunt. Sum de lecturis expeditus.

118 MODO quia glo
ſa noſtra vltimo
loco ſecundum,
quintam & com-
munem lecturam
cōcludit ꝙ vtrūq;
iudicium poſſeſ-
ſorium vc; & pe-
titorium ſimul agitantur diuerſo reſpe-
ctu, itaq; ambe actiones cumulantur (&
ſi nos aliter in proxima lectura loquuti
ſimus) ideo hic magis q̄ in. l. edita . C.
de edendo(vbi nullum verbum ſit de cu
mulatione)tractari cōuenit. ℭ Si enim
reſpicimus textum hunc clara in in eo ē
cumulatio. Vnde occaſione vnius caſus
poſſumus ponere totum tractatum vt di
cit textus in.l.naturalis. ff. de preſcript.
verbis. ℭ Sed & ſi conſideramus materi
as tractatuum per nos hic nuper exami-
natorum,inueniemus magnam partem
cumulandarum actionum fuiſſe digeſtā
vt etiam infra patebit. ℭ Igitur hic totā
amplecti debemus vt odioſā connexoꝝ
diuiſionem euitemus . vnum enim con-
nexorum ad ſe alterum trahit.c.transla
to.de conſtitution. ℭ Item in habenti-
bus ſimbolū facilior eſt aditus iuxta.l.ſi
in rem.in·§·Item ſi quecunq;.ff.de inter
rog.action. ℭ Ad hoc etiam Addamus
vulgarem illum textum in.l. ii. ibi pro-
ut res patitur applicātes . ff. de ſtatu ho
min.vbiq; allegatum ꝙ materie ſunt cō
tinuande regulariter nō relaxāde. ℭ Ne
que dicendum eſt ꝙ (quia libellus quan
doque emendatur addendo,) ideo ad-
ditum cumulari dicatur,conſequēter vt
in.l.edita,loquente de emendatione cō-
uenienter fuerit hec ptractata.nā dic ꝙ
tunc non additur actio ſed qualitas nos
hic de actionum cumulatione dicimus.
ℭ Et vt Rectius loquamur nō dicamus
ꝙ ibi male,ſed ꝙ aptius & melius hic cu
mulandarum actionum materia pertra-
ctetur.cuius etiam opinionis fuit Ang.
de Peruſio,quāuis ſcribentes habito for
taſſe reſpectu illo de quo Bar. ibi. nu.4.
in verſic.ſecundo quero &c.ibidē exami
nauerint. ℭ Et ꝙ hoc in loco ſit magis
diſceptanda ſuadetur ex dictis Baldi in.
l.incerti.C.de interdic. num, 17 . dum
vult ꝙ poſſeſſorium cum petitorio qua
tuor modis ī examine.iudiciali cōcurrat
ideſt per modum mixti iudicii de quo di
ximus in fall.4.ad.d. regulam . ſpoliat.
&c. ℭ Per modū exceptionis de quo in
fallen.prima.cum iam dictis ad dictam
regulam . ℭ Per modum reconuentio-
nis de hoc.loquutus ſum in tractatu pro
rogationis fori,de eo non igitur hic ali-
ud ponam . ℭ Et per modum cumula-
tionis. ℭ Vnde nos viſis tribus primis
modis oportet videre quartum ſi cōcur
ſum petitorii cum poſſeſſorio ſeu cauſe
poſſeſſionis & proprietatis examen im-
perfectum relaxare nolumus .

119 ET cum a , diffinitione id
ſuper quo agitur plerūq;
inchoetur ſeu deſcriptio
ne,videamus quid ſit cu-
mulatio actionū. ℭ Dū
tamen prius ſcias ſub actionis verbo hic
poni accuſationem iuxta rubricam . C.
quando ciuilis actio.criminali &c.ē tex.
in.l.plura.ff.de action & oblig. ℭ Itaq;
large accipi,quinimmo largiſſime,vt et
verbum actio comprehendit officium
iudicis iuxta.l.actionis verbo. ff.de ver-
bor.ſignif per quod etiam officiū cōtra
delin-

delinquētes inquiritur vt habetur in . c. qualiter & quando. de accuſat. in. l. pri-ma de officio preſidis. ℭ Cumulatio a-ctionis eſt vnius actionis cum alia coa-dunatio vt dicit Bar. i. l. edita. ℭ Sed pur puratus contra, quia coadunantur que tranſeant in vnum. l. ſi plures. ꝰ. fin. ff, de pact. tñ cumulate per ſe ſtant. vt per Bal. in paduana. col. 15. ℭ Secundo. quia in l. ſi idem cum eodem (per quam diffini-uerunt) dicuntur coaceruari & ſunt pe-cuniarū ſumme non actionū. ℭ Itē quia dictio. cū. in diffinitiōe male, ponitur nā eius natura eſt acceſſorium copulare. l. prima. & 2. ff. de pecul. legat. ſed actio-num cumulatarum nulla eſt acceſſoria eque enim ſunt principales ergo &c. ℭ Bald. in Paduana diffiniuit aliter ꝙ ſit plurium remediorum per ſe ſtantiū in iudicio ſimultanea vel ſucceſſiua pro-poſitio facta quem ſequitur Ang. Aret. in. ꝰ. ſi minus. inſtit. de action. & Maria-nus in. c. finali. de libell. oblat. ℭ Aliter iſdem Bald. in Peruſina num. 62. ꝙ ſit pluriū actionū ī iudicio ꝓpoſitio quem ſequtur Corneus. ℭ Adderem verbū ſuc-ceſſiua. nam propoſitio ſimultanee fa-cta non videtur importare propriā cu-mulationē cū ex tali ſimultanea nō ſecer neretur actio cumulata ab illa cui cumu letur. Et difficili' altera ꝓpōitur ex poſt facto vt dicit Bal. ī l. ordinarii. C. de rei vēdic. col. 4. purpur. ī. d. l. nu. 55. ℭ Ob ſtare huic vr̄ a deſcriptioni. dū purpur. īduxit. d. l ſiplures. rn̄de p verba ibi. iſto caſu. ergo ſecus in reliquis arg. l. cū p̄tor ff. de iudic. neq; vim eē ī illo caſu cū ſint eiuſdē ſpēi vñ facilior ē aditus. d. l. ſi ī rē. ℭ Itē ea q̄ ī ſuo gn̄e recipiūr functionē fa cilius incorporatur. ꝰ. cū ex aliena. iſtit. de rerū diuiſ. ℭ vl' dici poſſet ꝙ ī pecunia ſit ſpeciale vt in. ꝰ. ſed nec. in verbo mi-xta. vbi glo. in eodem dicto titulo.

120 SEcundo quotuplex ſit cu mulatio dicitur per Bal. ī. l edita. nu. 78. qꝛ triplex idest permiſſa. ℭ Nō per-miſſa. ℭ Et mixta. Sed nō intelligo nō permiſſam nam nō entium: nulle ſunt partes nedum nulla ſubſtan-tia. ℭ Mihi magis placet vt dicamus ſic, Cumulatio eſt duplex. Vna voluntaria & altera neceſſaria vt ſic magiſtraliter magisq̄ ſubſtantifice procedamus, vt in iure noſtro obſeruari debet. attento ꝙ in eo ſubſtantifice procedendo pericu-loſum eſt. argumento. l. omnis diffinitio ff. de regul. iuris. De neceſſaria Bal. ibidē num. 78. & dicemus ad numero. 120. in verſic. decimo ex eadem &c. ℭ Duo igi-tur cumulationis gn̄a faciamus. ℭ De voluntaria dic ꝙ quādoq; permittitur. ℭ Quandoq; denegatur. ℭ Permitti di-citur regulariter vt dicam in examine il-lo cur ſit inuenta. ℭ Non permitti dici-tur ſiue denegatur vbi rōnabile impedi-mentū ſubſit. ℭ Impedimēta vero pluri ma doctores ex iure capiunt. ℭ Quedā ex parte cumulantis. ℭ Aliqua ex parte actionis priori loco mote. ℭ Ex parte cumulantis vel quia primā eligendo ſibi met ipſi (donec ipſa prima finiatur) in alia proponenda p̄iudicauerit, iuxta. l. ꝙ ī heredē. ꝰ. eligere. ff. de tribut. ℭ Vel quia per ſecundam ſibimet ipſi contra-rius in eo quod primo loco dixerit iudi cialiter efficeretur, iuxta. l. finali. C. de codicill. vel ſaltim in parte. prout in. l. prima. C. de furtis. ℭ Aut quia per regu larem euentum litis ſeu ſn̄iam ſuper a-ctione p̊. mota apparere poſſet fruſtato rie poſtea cumulatum, atq; aduerſariū litibus indebite fuiſſe vexatum. iuxta. l. primam in fine. ff. ſi famil. furtum. ℭ Ex parte vero actionis prime, quia ſui natu-ra ſit vt aliam ſecum non patiatur. ad ꝙ l. fundi. & l. fundum. ff. de except. ℭ Vel alterā proponendo rei per primā actio-nem petite p̄iudicaretur. de quo in. l. pri ma. ff. famil. herciſcum. l. ſi quis liberta-tem. ff. de petit. heredit. ſed hec eadem ē: ℭ Aut quia primam actionem propo-nendo, aperiatur aliam proponi natura liter non poſſe. ſtantibus regulis, vt ha-betur in. l. ordinarii. C. de rei vēdic. & l. incerti. ff. de interdict. cū ſimil. ſun. n:

hec oēs ſex rōnabiles cauſe ſeu regule im
peditiue vt p Bar. in.d.l.edita vbi Bald.
nu.78.& Bar.atq; ſequūtur cōiter docto
res hic.de qbus īfra plene cognoſcetur.
TErtio queritur cur cumu
121 latio inuēta ſit,ſeu cur iu-
ra plures actiones cumu-
lari permittant,ex dictis
Bartoli ſumitur hec ra-
tio ꝙ quia regulariter dubium fiebat an
libellum mutari liceret,ideo vt qui vltra
propoſitum actionem aliam propone-
re cupiebat id obtinere non impedire-
tur,iura cumulationem adinuenerunt.
¶ Sed purpur.contra hoc,ex rōne quia
dubium (ſi quod fieri poterat) orieba-
tur per auc,qui ſemel.C.quom, & qñ iu
dex.& nihilominus cumulare prius po-
terat, & tēpore digeſtorum,per.l. ſi idē
cum eodē.ff.de iuris.d. om.iudic.¶ Ra
tionem Bartoli tollit a,ſufficienti parti-
um enumeratione,dicens aut ſumus vbi
plures actiones competunt ex eadē cau-
ſa.aut vbi ex diuerſa.p̊.caſu neq; nūc cu
mulare licet.per.l.duobus.§.exceptio.
ff.de iure iuran.ſecundo caſu omni tem
pore licuit. ¶ Vnde dat rationem vt ſit
inuēta cumulatio gratia litium minuen
darum.per.l.nō eſt nouum. iuncta glo.
penul.ff.de action. empt. per glo. in.c.
ii.de capell.monach, vtq; euitentur ex-
penſe.c.fin.de reſcript.¶ Mihi hoc vlti
mum diſplicet ſi verum eſt cumulatio-
nem fieri ex cauſa tantummodo diuerſi
vt is idem dicit, nam non propterea ꝙ
iſdem iudex adeatur minores expenſe fi-
unt,ſed penultimum placet,aliter tñ de-
clarādo, videlicet vt cito finis litibus im
ponatur.l.fin.ff.pro ſuo.c.finē litibus.
de dolo & contumac.c.p̊.de reſtit. ſpo-
liat.in 6. quod minus īponeretur ſi pri
mi iudicii finis expectari deberet. ¶ Vñ
magis dicendum eſt fuiſſe inuentam ad
publicam vtilitatem que vertitur etiam
in cito finem litibus imponendo.l.pro-
perandum.C.de iudic.cum ſimil. ¶ Ex
qua rōne infero dicendum eſſe cumula-
tionem regularitatē eſſe permiſſam vbi-
cunq; lege vel ipſius rōne prohiberi nō
reperiretur & ſic ſequende ſunt glo.in.l.
edita.vbi Bar. Alex.Decius & communi
ter poſt Dinum in.c.nullus pluribus.de
regul.iur.lib.6.quem etiam ſequitur Sa
lyc.in.l.ſi quis homicidii.C.de accuſat.
& hoc mō ceſſat dum purpuratus eos re
p̄hendit, dūq; vult vt probari oporte-
at eſſe permiſſam,argumēto.l. illam.C.
de collat.¶ Nam dico eo ipſo quo pa-
teat in cumulando verti publicum inter
eſſe,ſat probatum remanet eſſe permiſ-
ſam.cum publica vtilitas priuate p̄fera-
tur vt per oēs in.l.prima.ff.ſolut.matr.
adiuuat magis hec q̄ ꝙ rō ſit illa Baldi.ſ
Peruſina.num.63. dicentis permiſſam
quia ſicut licet ad libitū cuique vti re ſua
ita & domino actionis.iuxta.l,in re man
data.C.mandati. ¶ Sed immo videtur
vt cumulare ſit lites litibus inculcare,cō
tra.c.paſtoralis.de cā.poſſ.& propriet.
Dic illud verum vbi plures actiones, ex
eadem cauſa maxime ad idem compe-
tentes cumulari permitterentur.tunc.n.
fierēt plures lites.& id quod in vno & eo
dem iudicio ſeu inſtantia finiri poſſet,
in diuerſis ventilaretur.argumento.eius
ꝙ in ſimili dr̄ in.l.nulli.C.de iudic.non
autem vbi ex cauſis diuerſis de quo nos.
& dicemus.nūc in gn̄ibus cumulationū.
GENERA igr̄
ipſa cumulatio
num permiſſa-
122 rum capiamus
que magis pro-
prie dici debēt
modi cumulan
di vt vult Pur-
pur. Et hoc vr̄ ne confundamur cū ge-
neribus predictis.¶ Niſi vel dicas hec eē
gn̄a ſubalterna.quia modus magis refer
tur ad factum cumulantis,ideſt an ſimul
tanee vel ſucceſſiue cumularet q̄ ad cāꝫ
ſeu actionum vel rerum cumulatarum
diuerſitatem.¶ Vñ Dinus in.d.reg.qua
tuor eē. dici quam ſequitur Bal.vbi ſup̄
primū,quando quis in iudicio vni actio
ni vellet alteram que ex diuerſis cauſis

&ad

& ad diuerſa tenderent, contra eundem
cumulare. ¶ Secundum eſt vbi diuerſi-
tas eſt actionum tantum, ſed non cauſa
rum & minus rerum. ¶ Tertium eodẽ
modo vt primum eo excepto quia non
ex diuerſis cauſis ſed ex eadem tñ com
petant ad res diuerſas. ¶ Quartum eſt
prout primũ niſi quia competit ad ean
dem rem. ¶ Vñ aut diuerſitas eſt actio-
num cauſarum & rerum. ¶ Aut actio-
num & rerum tãtum. ¶ Aut actionum
& cauſarum tãtum. ¶ Aut ipſarũ actio
num tantum. ¶ Bar. Addit quintum qñ
plures actiones ex eadem cauſa ad idem
cõpetant contra diuerſos. ¶ Per quod
conſiderando perſonarum diuerſitatẽ
dicere opus eſt vt purpur. bñ addiderit
ſextum ideſt qñ plures actiones compe
tant pluribus ex eadem cauſa, ad idem
contra eũdem. vt in pluribus reis credẽ
di & litis cõſortibus de quo in. c. in pſẽn
tia. de probat. ibidem Abb. & tradit imo
la in. c. cum. M. Ferrar. de conſtit. ¶ Itẽ
(vt dicit) Addi poſſet quãdo plures cre
ditores vellent plures debitores conue-
nire in eodem libello, vt poſſint ſi actio
nes differant tantummodo numero &
non ſpecie. de quo Rom. in conſi. 240.
viſo thermate. ¶ Modo ad primum re
deamus, Cyn. Bar. Bal. Paul. Alexan. &
omnes poſteriores ſcribentes dicunt cu
mulationem eſſe permiſſam. per. l. ſi idẽ
cum eodẽ. ff. de iuriſd om. iudic. ¶ Do
exemplum per. l. primam. C. de donat.
que ſub modo. ¶ Exemplat Bal. vt ſi de
bes mihi decẽ ex teſtrñto & Sticũ ex pro
miſſione. & quãuis in. d. l. iureconſultus
gñaliter loquatur in omni gñe cumula
tionis dummodo ſpeciali rõne prohibi
tum non reperiatur, tñ tanto magis in
iſto caſu (quanto ꝙ ex diuerſis omni ex
parte nõ infertur iuxta. §. noſtrum) cu
mulationem permitti dicendum eſt.
¶ Secundo mouetur Bar. per. l. fin. C.
de annali. except. quã ſic induco ꝙ quia
quidem putabant (vbi perſonalis tantũ
fuerat mota actio & hypothecarie nulla
habita mentio) vt perſonalis ipſa tan
tum eẽt perpetuata. hypothecaria vero
pſcriptione ſublata. Ideo pro nõ dubio
habebant vt vbi etiam hypothecarie mẽ
tio habita fuiſſet, ibi quo ad oẽs interru
pta pſcriptio cenſeretur. quod euenire
nõ poſſet niſi actiones ipſe cumulari va
lerent etiam ſucceſſiuo modo. Vñ cum
ſpeciale ſit ibidẽ ob odioſas euitandas
pſcriptiones vt vna tãtum propoſita &
altera perpetuata dicatur, regula in cete
ris ẽ contraria. vt niſi ambo proponan
tur pro propoſitis nõ habeãtur. ¶ Que
regula neceſſario ſumpta probat poſſe
cumulari ſi dicer volumus vt ſub dubio
facta eẽ dicatur. Alias lex ſine dubitatio
ne diſpoſita diceretur. cum ſi hypothe
caria perſonali cumulari nõ potuiſſet,
abſq; dubio hypothecaria & añ illam le
gẽ non perpetuaretur. Verba. n. ibi nul
la habita mẽtio pſupponũt cumulatio-
nẽ fieri potuiſſe. Argumẽto regule. l. de
cẽ. de verb. oblig. ¶ Sed Aduerto ꝙ de
perſonali & hypothecaria de qua loqui
tur Bar. in 2. gñe non vr̃ inferẽdum ad
gñalẽ cõcluſionẽ de qua loquimur. ma
xime quia apud nonnullos dubiũ ẽ an
cumulẽtur vt p dinũ in. d. regula nullus:
q̃uis Bal. ſ Paduana teneat ꝙ ſic nu. 82.
¶ Item. d. l. ſi idem cum eodem. nõ prin
cipaliter de cumulatione diſponit ſed tã
tũ pſupponit actiones cumulatas. quod
etiã verificari poſſet & ſi regulariter nõ
permitteretur in caſibus ſpecialiter prõ-
miſſis. argumento. l. qui teſtam. ff. de te-
ſtam. ¶ Vñ oportet vt regulã perſtrin
gamus ex rõne dicta vt cito finis litibus
&c. ¶ Cui etiam addamus illam Baldi
de qua ſupra. ¶ Que ratio noſtra cum
ſit gñalis dicitur parere regulam vt per
poſita in rubr. ff. de regul. iur. vbi etiam
Decius. ¶ Et ꝙ magis ex rõne ipſa q̃ ex
dictis iuribus regula firmetur facit pur-
pur. dicens iura pſata non eẽ reſtringen
da ad hanc ſolam concluſionem ſeu pri
mum genus. ¶ Ego aliter modo intelle
xi ꝙ non probẽt ſaltim regulam ſed pro
betur ex ratione ipſa. Que etiam locum
habet & ſi lis ſuper vna actione cepta nõ

eſſet,vt quia ſimultanee cumularentur. quãuis aliud innuere videatur verbum. finis.in ipſa ratione poſitum. ¶Ex quibus infero contra purpuratum volentẽ hypothecarie cumulari perſonalem nõ ei,conuerſo,per.l.ſi deferente.ff.quibus modo pign.vel hypot.ſolu. ¶Nam rõ d.facit vt indiſtincte cumulentur & probatur per.d.l.finalem.vt eam induxi. ¶Reſpondeo ad.d.ſi deferente. ꝙ ibi iuratur ſuper facto. quod reſpicit oẽ remedium vt dicam in cumulatione accuſationis.dat. ſimile purpur.de.l. fundum & l.fundi.ff.de except. ſed minus facit quia ibi viget rõ p̃iudicii vt dicit textus. ¶Infero etiam ad verba in.d.§.ſed neque ibi.omne ei damus licentiam &c. ne importent ſpecialitatem cum ex rõne ipſa,& per.d.l.fin.pateat,& per antea cumulari potuiſſe. ¶Que rõ quandoq; alia particulari ratione eliſa,non parit effectum cumulationis. vt in ſimili dixi in principio mei tractatus editionis. ¶Puta in terminis noſtris vbi daretur caſus ꝙ ad inuicem actiones ipſe q̃uis diuerſe tamẽ ſe cõtingerent.propter quod ſequitur ꝙ ſi ſñia ſuper vna daretur Rei iudicate exceptionem pareret ſuper altera.vt per Bart.in.l.edita num.12. per.l. fundi.&.l.fundum.ff.de except. ¶Vel quando vna eſſet maior, ſeu ex ordine alterum precedere deberet. vt refert etiam purpur. numero. 47.

123 EX qua ratione etiam ſequitur nec ſtare debeamus in ſimplicibus terminis propriarum actionum de quibus in d.l.ſi idem cum eodem.ſed etiam ad omnia remedia g̃naliter tranſeeundum ſit. ¶Vt ſic nullitas & appellatio cumulentur non tamẽ copulatiue cum eo caſu copulans ſibi ipſi contrariaretur in eadem verborum cõceptione. nã appellatio p̃ſupponit validitatem,vt in toto ſuo titulo de appell. ſed cõditionaliter puta dico nullam & ſi qua eſt appello ſeu alternatiue puta dico nullã vel appello ſic Iacobus de Arena & Cynus in.l.contra maiores. C.de inoffic.teſtam.ſequitur Bal.in.l. edita. num.85.declarãs indiſtincte tã in actore quã in conuento. ¶Necnon ſubdens quandoq; cumulari copulatiue vt ſi incipiatur ab appellatione dicendo appello & dico nullam.quia tunc nullitas includitur in appellatione ex quo cum grauamine examinatur. ¶Secus e,conuerſo vbi a,nullitate initium fieret.non enim appellatio in nullitate aliquo pacto includitur.l.prima.C.quãdo prouoc. nõ eſt neceſſe.vnde tunc oportet vt conditionaliter &c.vt dictum eſt. & hoc magis de conſuetudine quam de iure vt dicit Decius in.d.l.edita. per glo. Bart.& doctor. in.§.ſed iſte. inſt. de act.

124 SEcundo ex eadem etiam ratione fieri putandum eſt,vt ordinarium remedium (puta nullitatis) cum extraordinario puta in integrũ reſtitutione cumuletur.nihilominus(quia videtur obſtare.l.in cauſe. ff. de minor per quam eligens extraordinarium videtur fateri ꝙ ordinario caret,vt in ſimili diximus in poſſeſſorio retinende.in.5.lectura. limitando hunc.§.noſtrũ. ¶Itẽ quia videtur obſtare impedimentum cõtrarietatis reſultantis in eadem verborũ conceptione,attento ꝙ reſtitutio p̃ſupponit validitatem toto titulo. de in integr.reſtit. & validitas nullitati directo contrariatur.l.prolatam.C. de ſñtiis ex periculo recitandis) concludamus per Bal.in.d. l.edita.86.cumulari conditional'r vel &c.vt diximus ĩ p̃cedẽti.¶Que declaratio (ſi magis aduertis)ẽ limitatio regule cõtrarietatis.de qua.l.prima. vbi glo.Bart. Bald. & Salyc. C. de furtis.

125 TErtio ex eadem ratione vt finis cito ;litibus imponatur dicere opus ẽ, ꝙ accuſator ſuam accuſationem inquiſitioni Cepte per iudicem cumulare valeat. ¶Et e,contra iudex accuſationi inquiſitionẽ accumulet ita Bald. in.l.edita.num.88. per.l.ſi

quis

quis homicidii. C. de accuſat. ¶ Sub-
dens hoc verum eſſe niſi magis gemi-
nare quã cumulare quis diceretur argu-
mento. l. penul. § fin. ff. naute. Caupon.
ſtabul. ¶ Et niſi ſñtia lata ſuper prima
rei iudicate exceptionẽ pareret ĩ ſecũda
per. l. qui de crimiñ. C. de accuſat. poſt
Dynum in. d. regula nullus pluribus. in
6. quod idem ẽ dicere (vt puto.) Sub hac
enim includitur geminatio. ¶ Sed Ad-
uerte ad. d. l. ſiquis. non. n. de cumulatio
ne loquitur immo vbi altera accuſatio
poſt finitam primam inchoaretur. Do-
ctoreſq; extendunt ad inquiſitionem, ſic
ibidem Salyc. num 5. & Bal. in addit. ad
ſpecul. de ſñtiis. col. 22. conſequẽter. d.
l. ſiquis. vr̃ eẽ contraria dum ꝓſupponit
añ finẽ actionis ꝓ̃ loco mote non poſſe
alteram inchoari. ¶ Quod etiam rõnẽ
illam habet quia crimina ex eodẽ facto
prouenieba͂t vt ibi Bar. & in. d. l. qui de
crimine. vbi ẽt late an de vtroq; delinq̃ns
priuetur. quo caſu ex eodẽ facto ipi nos
fateri videmur nõ poſſe cumulari, maxi-
me quia tendunt ad diuerſa cum accuſa
tio ad priuatam inquiſitio vero ad pu-
blicam tendat vtilitatem. ¶ Nam non
loquimur quando ex diuerſis factis tũc
enim nulla dubitationis cã ſubeſt ſtante
regula § noſtri. & l. Papinianus exul.
ff. de minor. & quãdo ex diuerſis cauſis.
loquitur Bar. in. l. nunquam plura. C. de
priuat. delict. & non loquitur Bal. vbi ſu
pra. patet. quia ſic dicendo ſue limitatio
nes non conuenirent. ¶ Vnde per hec
concludo ꝙ fundamentum noſtre con-
cluſionis in ratione magis dicta iactan-
dum eſt q̃ in. d. l. ſi quis homicidii:

126 Q Vam noſtram concluſio-
nem tanto fortius proce-
dere dicemus quãto ꝙ ma
leficia ſunt cito punienda
vulgata. l. ita vulneratus.
ff. ad. l. acq l. l. cõgruit. ff. de offõ preſidis:
ibi ſollicite agas. ¶ Facit ꝙ Ang. in tra-
ctatu malefic. col. xiii. verſ. queritur hic.
& ibidem Auguſt. Arim. ꝙ factum par-
tis non debet nocere publico iuri. per. l.
primam. cum glo. ff. ad Syllen. ¶ Vnde
hec erit & alia ratio in criminalibus cu-
mulandi. Que magis operabitur q̃ pre-
dicta, cum per hanc (& ſi ex diuerſis cau
ſis remedia ipſa prouenerint) cumula-
tio fiet. Qui caſus (hoc eſt quãdo ex eo
dem facto ſeu eadẽ cauſa proueniſſent)
non eſſet hic ſed in ſexto cumulationis
gñe tractandus. ¶ Nihilominus ne cri-
minalium ipſam materiam ſpargamus,
per quod difficilior tractatus cognitio
traderetur, examen eorum totaliter hic
faciemus. ¶ Aduerto dum dixi in crimi-
nalibus quando ex eodem facto &c. per
hanc vltimam rationem cumulari, nam
vr̃ obſtare Bartolus in. d. l. qui de crimi-
ne. per rationem quia ſñtia ſi detur ſup
vna exceptionem rei iudicate ſuper alte
ra. parrere põt, ſed in caſu noſtro põt,
(vt ſi pronunciaretur ſuper facto hoc ẽ
nõ fuiſſe factum ſeu delictũ vt dicit dyn.
in. d. regula. & Bar. in. d. l.) nam tunc pa
riter inquiſitio (quãuis inchoata nõ fuiſ
ſet) ſicut agitata accuſatio tolleretur,
ergo &c. ¶ Rñde ꝓ̃ ad doctrinã Barto-
li Ita demum locum habere poſſe ſi ſe-
cũdum cauſarum communem curſum,
poſſibile eẽt ferri ſententiam ita, vt exce
ptionẽ rei iudicate ſuper alia pareret. ſic
Alex. & communiter in. d. l. edita. ¶ Sed
communis non ẽ curſus cauſarum vt re
us conuẽtus onus capiat probandi deli-
ctum non eẽ factum, cum ſibi ſufficiat ne
gare factum. argumẽto. l. qui accuſare.
C. de edẽdo. ¶ Maxime quia nec veriſi-
mile ẽ ſe ipſum quẽpiam onerare, argu-
mẽto. l. cum de indebito. C. de probat.
iuncta. l. nimis graue. ff. de teſtibus. vbi
maxime onus difficile eẽt vt ẽ probatio
negatiue. c. quoniã contra. de. probat.
(quibus ex rationibus vt puto mouetur
Bartolus in. l. prima. ff. de ui bon. rapt.
ad dicendũ ꝙ ĩ dubio dici debeat reũ nã
abſolutũ qa accuſationem actor nõ pro
baſſet. argumento. l. Iulianus. ff. de con-
dition. indebiti. quod ſequitur Felyn. in
c. examinata. de iudic. Idem prius dixe-
rat Iacobus de Arena quem ſequutus ẽ

Salyc.in.l.prima.in.4.colum.per plura
pulchra motiua.C.quãdo ciuilis actio)
ergo ſequitur eſſe dicendum in terminis
noſtris vt quãuis ex eodem facto tñ cu-
mulentur. ℭ Vel ſecundo ſoluere poſ-
ſeſſ.per ea que Bar. ibidem dicens ſecus
ſi cumuletur a,diuerſis,quod hoc in lo-
co adaptabile eſt.cum inquiſitio per iu-
dicem fiat,accuſatio vero per offenſum.
ℭ Item videntur adinuicem ſe habere vt
excedẽtia & exceſſa quo caſu vult ibi Bar
tolus a,diuerſis nõ autem ab eodem poſ
ſe cumulari. ℭ De hac tñ dubito quia lo
quitur Bar.ibi,ſi ſunt diuerſa delicta de
quo iſdem Bar.in.d.l.Senatus.habentia
ſe ad inuicem vt genus & ſpecies,vt ẽ ho
micidium & paricidium,&vult ne cumu
lentur.ex eo patet dũ concludit pro vno
tantummodo puniri. ℭ Secus ſi ſpecies
ſeparate eſſent quãuis ex eodem facto de
ſcendentes,vt in.l.ſi adulterium cum in-
ceſtu.ff.de adulter. ℭ Et in eo qui in ec-
cleſia homicidium commiſiſſet Itaq; ho
micidium & ſacrilegium vt per eundem
Bar.in.d.l.ſenatus.vbi vult pro quolibʒ
puniri. ℭ Et ideo conſequenter dico ꝙ
a,diuerſis cumulentur.per ea que nũc di
xeram. ℭ Nõ autem ab eodem.d.l.qui
de crimine.& per Salyc.in.d.l.ſi quis ho
micidii.num.8.in fine,'& vide Bar.in.d.
l.ff.de ui bonorum raptorum.vñ finali
ter & hec ſolutio ſtare poſſe vr̃. ℭ Vel ẽt
tertio ſoluere poſſes dicendo ꝙ aliud ẽ
querere ſi ex eodem facto plura crimina
ꝓueniſſent an finito iudicio ſuper vno.
Aliud inchoari valeat, & tunc loquatur
d.l.qui de crimine.vbi Bar.& omnes ꝙ
ab eodem accuſari non poſſit. & conſe-
quenter per hoc dicas minus cumulari.
per ea que ſupra argumẽtatus ſum. & di
cit ibidem Bar.num.12.a.pluribus ve-
ro diſtingue ſicut ſupra de accuſante ac
de iudice inq̃rẽte loquutus sũ. ℭ Aliud
& diuerſum eſt dubitare quando vnum
& idem crimen ſit pro quo accuſatio ce
pta fuiſſet, an accuſationi inquiſitio, vel
e,contra cumuletur. & tunc vr̃ idem di-
cendũ eſſe quia videbitur quis geminare

ac io per nos cõſiderata ceſſaret illa vcz
vt cito finis litibus &c. ℭ Ex diuerſo vr̃
vt immo cumulentur quia ſubeſt ſecun-
da ratio delictorum puniẽdorum. ne ꝗ
geminare eſt cum vna tendat ad publi cũ
altera,vero.(vt dixi)ad priuatum iter eſ-
ſe vt declarat Bar.i.d.l.ſenatus.in.3. co-
lum.in verſic.extra gloſam. circa m edi-
um. ℭ Dyn.tñ i.d.regul.exp̃ſſe dicit ꝙ
vbi ex eodem facto &c.inquiſitio & accu
ſatio non cumulentur.cum ſñtia lata ſu
per vna poſſibiliter &c,vtſupra. ℭ Re-
fert & ſequitur Bal.vbi.ſupra num. 89.
amplians etiam id procedere vbi eſſent
plura facta tendentia ad idem.puta ſi eẽt
inſultus cum percuſſione,nam ideo in-
ſultauit vt percuteret vt vult glo. vbi ẽt
Bar.num.xi.in.d.l.qui de crimine. Vn-
de vult Bal.ipſe vt ſuperueniens accuſa-
tio inquiſitionem ceſſare faciat, modo
ſi accuſator ſuam ſuorumve iniuriam
proſequatur.per.l.ſepulchri.ff.de ſepul-
chro violato. ℭ Secus ſi iniuriam alte-
rius q̃ eius pro quo ſua non interſit.
ℭ Nam tunc aliud conſiderandum ẽ ꝙ
immo tunc in reſpicientibus publicam
vindictã iudex (quia idoneor) eſt p̃feren
dus.ita Bal. ℭ Aduerto ꝙ hac rõe habita
non viderem cur(quando ſuam quis in-
iuriam proſequeretur) etiam iudex cu-
mulare inquiſitionem impediendus ſit.
nam quãuis offenſus in eo potius quam
iudex idoneor reputetur, tñ ad priuatã
non publicam vindictam. ℭ Facil Bald.
ibidem dum fatetur inquiſitionem fuiſſe
inuentam & ad quoadiuandam accuſa-
tionem. ℭ Item facit quia ſi dictum eiuſ-
dem Baldi volentis vt inquiſitio per ac-
cuſationem impediatur, verum eſſet,ſe-
queretur vt accuſanti liberum fieret col
ludendo vcz, vel aliter cum accuſato pa
ciſcẽdo, aut negligenter ſe hñdo,ne ma
leficia punirentur. Sed quia factum par-
tis non hẽt nocere fiſcho ſeu rei publice
cuius intereſt maleficia puniri.vt alias di
cit Bar.in.d.l.ſenatus.in.3.colum.in fi-
ne.dum vult per eandem rõnem vt qua-
litas in accuſatione omiſſa cumuletur
ergo &c.

ergo &c. ¶ Ex quo tollo fundamentum dñi ꝙ abſolutoria lata ſuper accuſatione poſſibiliter &c. nam dico, ꝙ ſi Reus conuentus abſolueretur quia probaſſet delictum non eſſe factum. hoc non eſt ſecundum communem curſum cauſarum vñ rõ Dyni ceſſat. ¶ Aut quia Accuſator non probaſſet & tunc poſſet probare fiſchus. ¶ Non obſtat. d. l. ſepulchri. q eã intelligo reſpectu intereſſe vt ꝓ loco parti offenſe ſatiſfaciendum ſit. eodẽ modo intelligo Bartolum in. d. l. ſi maritus. num. 7. ff. de adulter. dum vult ꝙ accuſatio quantum ad exequutionem ꝑferatur. ¶ Immo. d. l. ſepulchri. facit cõtra. in fine ibi. cum non ad rem familiarem ſed magis ad publicã pertineat vultionem. hoc ẽ dicere ꝙ accuſatio tunc inquiſitionem nõ excludat reſtat igitur earum concurſus. ¶ Et e contra dicendum eſt ꝙ offenſus inquiſitioni per iudicem cepte accuſationem cumulare poſſit, quod tãto fortius cõcludamus quanto ꝙ (vt ſupra viſum eſt) pleriꝗ putauerunt vt cepta inquiſitio per ſuperuenientem accuſatorem tollatur ſeu ſuſpendatur de quo plene Bart. i. l. maritus. 2. in §. fin. ff. de adult. per Bal. pulchrius in. l. prima, in § cum vrbem. ff. de officio ꝑfecti vrbis. Caccialupus tangit in. l. Imperium. ff. de iuriſd. om. iudic. queſt. nona, Decius i. l. rubr. ff. de iudic. ĩ 2. lectura. ſed tñ non puto verum vt ſupra dixi.

127 QVarto. ex eadem ergo rõne concluderet dicemus Accuſatorẽ aliam accuſationem non ex eodem facto prouenientem accuſationi prius per ſe cepte contra eundem cumulare. Secus contra diuerſos. etiam ꝙ actionem ipſe ex eadem cauſa prouenirent de quo in. l. cum rationibus vbi plene Bald. C. qui accuſare non poſſunt. ſic intelligo. l. plura. C. de action. & obligation̄. ¶ QVINTO ex eadẽ rõne ſecũda. vide

128 licet ne delicta ſint impunita, ſequitur ꝙ ſi de eodẽ crimine quis (qui fuerat accuſatus) contra alium de eodem crimine accuſantem non exceperit, dicendo de eodem delicto non debere contra eandem hominem ſepius queri, per. l. penul. in fine. ff. naute Caupones ſtabul. Cumulatio ꝓcederet. vt dicit Bar. in. l. ſenatus. num. 12. quãuis facta exequutione ſup vna. in alia liberatus remaneret. Secus in ciuilibus actionibus, in quibus hec ſecũda rõ ceſſat. ¶ Quam exceptionem eodem modo neceſſariam eſſe credamus, vbi qs in 2. iudicio vellet cumulare qualitatem omiſſam in primo. de quo iſdẽ Bar. in. d. l. ſenatus. ¶ Sed Aduertẽdum eſt quia Bar. vult ne ſecundum iudiciũ cum illa qualitate motũ cumuletur cũ primo, ſed ꝙ faciat tanquam grauius & maioris ꝑiudicii ſilere primum. argumẽto. l. per minorẽ. ff. de iudic. & l. prime. C. qui accuſare nõ poſſunt. & in iſtis terminis puto neceſſariam exceptionẽ aduerſus volentem proſequi primum. que rõ nequaquam conuenit vbi quis abſꝗ alio iudicio vellet cumulare qualitatem ¶ Vnde ex rõne vt cito finis litibus imponatur, & ex alia vt delicta puniantur, concludamus abſꝗ nouo iudicio (non obſtante exceptione dicta) cumulationem qualitatis admittendam. ſecus vero in ciuilibus poſt litis conteſtationem. l. non põt. ff. de iudic. ¶ Queri nunc poſſet qd ſi actor occaſiõe qualitatis omiſſe nouum vellet cumulare iudicium. Reus vero vellet ut qualitas ad iudicium ceptum (abſꝗ alio inchoando) addatur. Dic prout alias poſuit Salyc. in. d. l. ſi quis. in queſtione illa vez an & quando duo crimina in eodem uel in diuerſis libellis proponentur. Qui concludit ꝙ quando duo crimina cõtra eundem cõpetentia reducerentur ad eandem formam, poteſt compelli actor ut ambo in eodem libello proponat. per. l. non eſt nouum in verſic. ꝙ ſi prius. ff. de action. empti & per rationem ut litium diſpendia euitentur. cap. diſpendia. de reſcript. libro ſexto. Ita dicamus hic. neque alio modo.

SExto ex eadem ratione ſe-
quitur, vt iudicis inquiſitio
126 poſſit ciuili actioni propoſi
te per offenſum, ſeu accuſa-
tioni ciuiliter intentate, cu-
mulari. ¶ Nec obſtare dicamus titulũ.
C. quando ciuilis actio &c. Quia Bal. in
l. prima. C. de appellat. Reſpondet in 3.
col. in eius fine. ne ille titulus locum ob
tineat in iudice inquirente. Sequitur
Alex. in l. prima. ff. de ui bon. rapt.

SEptimo ex eademmet rõne
fit ꝙ pendente actione ciui-
130 li ab eodem criminalis cu-
muletur. Sed cõtra hoc ob-
ſtat. l. interdum. ff. de publ.
iudic. vbi ſi ciuilis & criminalis oriantur
ex eodem facto, nequeunt cumulari. ſic
Salyc. in. d. l. ſi quis homicidii. num. 8.
poſt. Bar. in. l. ꝑtor· §· ex hoc edicto. ff.
de ui bon. rapt. ¶ Vñ concludo cõclu-
ſionem hanc noſtram ita demum pro-
cedere, ſi abſolutoria lata ſuper ciuili ſe-
cundum communem curſum cauſarum
parere non poſſet exceptionem rei iudi
cate ſuper criminali. vt per dynum in. d.
regula. nullus Bar. Alex. & communiter
in. l. edita. Alias locus eſſet ꝑfate legi. in-
terdum. in cuius gloſis exempla videbis.
quãuis mea quidem ſñtia parum decla-
ta. ¶ Rurſus ꝑfatam legem. in. l. inter-
dum; ſublimitemus, vbi ciuilem actionẽ
acceſſorie cumularemus, puta petendo
quem puniri de furto, & in expenſis con
demnari, ſeu rẽ per officiũ iudicis. mibi
reſtitui ut iſdem Bart. in. d. loco. nu. 7.
ſubdens tñ ꝙ ciuili criminalis acceſſorie
non cumulatur. ¶ Secundo ſublimita
vbi cauſa criminalis ea eſſet in qua capi-
tis pena imponenda veniret. Secundum
relatos in apoſtilla ad Bar. vbi ſupra, &
per Bal. in. l. prima. C. de appellat. in co-
lum. 3. ¶ Sed aduerto ꝙ Bald. loquitur
quando a, diuerſis & ex diuerſis cauſis ad
inuicem ſe non contingentibus mouean-
tur. nos quando ab eodem, & ex cã eadẽ.
¶ A, diuerſis etiam eſt id quod diximus
in principio criminalium, & etiam pau-
lo añ de iudice inquiſitionem cumulan
te. i verſic. tertio ea eadem &c. ¶ In iſtis
caſibus ceſſat regula ꝑfata impeditiua,
& reſtat rõ dicta cumulationem intro-
ductiua. ne impunita. &c. ¶ Iterum ad-
uertẽdum eſt, ꝙ immo etiam in iſtis ter-
minis vcz quãdo a, diuerſis &c. vr̃ vt cu
mulari nequeat, obſtante alia regula im
peditiua rõnemq; ꝑfatum limitatiua id ẽ
illa maioritatis, nam ciuilis & criminalis
non cumulantur. ne per minorem cãm
minori ꝑiudicetur. dicit tex. in. l. per mi
norem. ff. de iudic. in. l. fin. C. de ordine
cognit. Quod etiam in iſtis terminis te-
nuit Bar. vbi ſupra. ¶ Nihilominus rñ-
deamus potius rõnem hanc eſſe pro no-
bis. nam quia ciuilis eſt minor, per eam
non debebit criminali ꝑiudicari quomi
nus poſtea cumuletur. ac delictum pu-
niatur. ¶ Quinimmo concludo idẽ eſſe
& ſi non a, diuerſis dummodo ex cauſis
diuerſis vt ſupra. ¶ Vlterius pro Barto
li opinione & communi duo iura potiſ-
ſime vrgere videntur. tex. in. l. prima. C.
quando ciuilis actio. & in. l. damus. C. ad
l. Cornel. de falſis. vbi expſſe dici vr̃ ꝙ
ciuilis & criminalis etiam ex diuerſis cau-
ſis prouenientes, ab eodem nõ cumulen-
tur. ¶ Super quo aduertendum eſſe pu-
to, ꝙ glo. in. d. l. damus ponit plures le-
cturas. Neq; vr̃ aperte rñdere ad. d. l. fi-
nalem. Cuius gloſe tertiam lecturam Sa-
lyc. ibi approbat vr̃, ideſt ꝙ ideo ibi pri
us finis in ciuili expectetur, q̃ criminalis
inchoetur, quia prius ipſa ciuilis mota
fuiſſet. nam ratio hec contrarium non
eneruat. non. n. ꝑuentioni locus eſt vbi
altera maior lederetur, vt ſuadetur ex ra
tione d. l. per minorem de quo etiam vr̃
mihi eſſe textus in. l. fin. C. de ordine iu-
dic. Itẽ vbi publice vtilitati obuiaretur.
d. l. ita vulneratus. que rõ quãuis in iſto
caſu conuenire non videatur (cum non
iudex ſed offenſus inſiſtat & pro vindi-
cta priuata iudicis officium petatur) ni-
hilominus ſecundario ſaltim dicendum
eſt eſſe publicam. quia per priuati peti-
tionẽ cognitioneq; deuenitur ad delictũ
propala-

propalationem.vt ſic punitio ſequatur. 132 ¶ Cognitio igr̃ ipſa quamuis priuata ſit non iõ minus fauorabilis dicetur in iſto caſu nam nedum publice intereſt maleficia puniri,ſed ẽt citius. puniri. ad quod tex.in l.congruit.ff.de officio p̃ſidis. ibi ſollicite agas vt malis hominibus prouincia careat.& in auc.de mandatis principum.in verbum non poſtponas. ¶ Ad d.l.primam.C.quando ciuilis actio. Rñdeamus eius legis dubitationẽ in eo tantum cõſiſtere,vcz an ſñtia lata ſuper ciuili retractari poſſit ſuper criminali. vt patet ibi.per alteram que ſuperit iudicatum liceat retractari.atq; diſponitur affirmatiue. ¶ Vñ ſequitur ꝙ lata ſuper ciuili non parit exceptionem rei iudicate ſup criminali,quia ſi pareret nõ opus eſſet retractatione,atq; lex fieret ſuper indubitabili.contra.l. ꝙ labeo. C. de Carbon.edicto. ¶ Conſequenter dicendum eſſe puto cumulationem criminalis nõ impediri per rõnem de qua ſup̃. ¶ Non enim video doctorum argumentationẽ illam (vcz ꝙ quia ibi diſponitur finitam ciuilem poſſe retractari in criminali ergo ꝙ criminalis cumulari non potuiſſet) procedere poſſe. Nã intelligo poſt finitam ciuilẽ quia tunc dubitatio erat ne ſententia lata amplius retractari deberet.argumento.l.iudex poſtquam.ff. de re iudic.quadere concludo ſicut ſup̃.

131 OCtauo ex eadem rõne illa quia publice intereſt maleficia puniri. infertur ꝙ inchoata per me ciuili actiõe, ab aduerſario meo criminalis cumuletur. Puta ſi petiſſem derem ex cauſa mutui, aduerſarius dicat mutuum fuiſſe vſurarium itaque ex eodem facto vtraque deſcendat. vel aliter exemplaretur prout in l. fin. C. de ordine iudic. Sed quoniam hec non eſt cumulatio ſed reconuentio, ne a, a termininis variemus, me remitto ad ea que tradidere doctores in.d.l.fin.

HEc tamen pauca verba hoc in loco faciam diſtinguendo terminos vt clariores materiarũ & caſuum dilucidationes porrigam. ¶ Vnde dico ꝙ quandoque ab eodem plura remedia ſucceſſiue proponuntur quandoq; a,diuerſis. ¶ Si ab eodem & tunc aut ſunt plures actiones ciuiles, & locus ſit proprie materie cumulationis de qua in.l.edita.C.de edendo.& nos hic examinamus. ¶ Aut plures criminales & tunc ſi contra eundem dirigantur dic vt ſupra poſuimus. ¶ Si vero cõtra diuerſos eſt materia legis cũ rationibus.C.qui accuſare non poſſunt ¶ An autem in eodem libello cumulari neceſſarium ſit vel poſſint in pluribus libellis dicam infra. nume. 145. ibi. ſecundo queritur &c. ¶ Aũt vna eſt ciuilis altera criminalis que ab eodẽ &c. & dic vt habetur in.l.prima.C. quando ciuilis actio. & in. l. interdum : ff. de publicis iudic. de quo ſupra diximus.

IN ſecundo capite quãdo vcz hincinde ſeu a,diuerſis proponuntur & tunc. ¶ Aut cauſe ipſe plures ſunt ciuiles. ¶ Aut criminales. ¶ Aut vna ciuilis & altera criminalis. ¶ Primo caſu. ¶ Aut ambo hinc inde principaliter mote fuiſſent. ¶ Aut earum altera incidenter. ¶ Primo caſu ſubdiſtingues ꝙ aut mota ſecũdo loco fuiſſet ante factam cõteſtationem in prima ſeu ſtatim poſt, tunc dic vt in. l. cum Papinianus.& in auc.& conſequenter.C.de ſñtiis & interloquut. om.iudicium.& in.l. qui prior ſecundum tertiũ intellectum gloſe communiter approbatum.ff.de iudic.que eſt materia recõuentionis poſita per me in tractatu prorogationis fori. ¶ Si vero poſt conteſtationem factam in prima, tunc dicuntur mutue petitiones.de quibus in.l. ſi idem cum eodem. §. ꝙ ſi mutue. ff. de iuriſd. om.iudic.habetur in decretalibus titulo

ſuo.de Mutuis petition.late Butrius in. c. cum dilectus.de ordin.cognit.& Abbas.in.d.c.§.℄ In earum enim qualibꝫ proceditur. Nec altera per alteram impeditur.ac diuerſis ſentētiis terminātur. vt not.in.d.l.prima.℄ Non ſic in cauſa reconuentionis. vtraqꝫ tūc eadem sñtia terminanda eſt. vt not.in auc.d.quod ēt in ipſo tractatu poſuiſſe puto. ℄ Prius tñ acta conuenientis q̄ reconuenientis expediri debent.de iure loquor per.d.l. qui prior.℄ De cuius intellectu & an coram delegato,vel an coram ordinario Simul tractari debeant,& que differentia ex eo effectualiter reſultet, Vide Butriū vbi.ſupra.num. 17.&.18. & Abbatem num. 113.℄ Circa id quod dictum eſt vt eadem sñtia &c. Queritur quid ſi iudex in cauſa conuentionis tantum pronunciaſſet,an sñtia valida ſit ita ꝙ abſqꝫ appellatiō non deſtruatur, communiter ꝙ ſic.℄ Iterum queritur vbi nō appellauerit an ipſa sñtia priuſq̄ ſuper reconuentione pronuncietur exequutioni demandari queat,dic per.d. Antoniū. ſed melius per Abbate in.d.c.num. 15. ꝙ ſic. ℄ Subdētes ꝙ vbi ſcādali timor eſſet in differendo iudex proferre sñtiā poterit.nec appellatio obſtaret.℄ Item ꝙ dictum eſt vt eadem sñtia &c. procedit niſi ſecunda actio propoſita eſſet ꝑiudicialis ad primam.de quo in.§.ꝑiudiciales inſtit.de action.& in.l. vix certis. ff.de iudic.nam de ꝑiudiciali prius cognoſcendum eſt atqꝫ terminandum. l. prima.C.qui accuſ. non poſſunt.c.tuā. de ordine cognit.℄ Que aut ſint iſte cāe ꝑiudiciales ponit Abbat poſt. d. Antonium & Calderinum in.d.c.tuā. ℄ Vel niſi ſecunda eſſet priuilegiata. de quo in l.ſi de ui.ff.de iudic.in.l.prima. C.de appellat quibus in caſibus prima ſuperſedenda eſt donec ſecunda finiatur.℄ Redeundo ſi vero actio ſcēdo loco ab aduerſario incidēter propoſita fuiſſet, & tunc loquitur.l.prima.C.de ordine iudic.non.n.tunc eſt reconuentio cū proponatur per viam exceptionis perēptorie vt ibidem notatur.& per Specul.in titulo.de incidēti qōn.in.§.ꝑ.℄ Atqꝫ procedetur tantum ſuper eo quod.ſecundo loco propoſitū fuiſſet.ex rōne quia vbicunqꝫ proponitur aliquid quo probato intentio aduerſarii in totum eneruaretur tunc ſemper ſuper eo procedendum eſſet.licet in.iudicio ſecūdario deductum fuiſſet. Innoc.in.c.ii.de reſtitu. ſpoliat.℄ Et intelligo ſi Reus in exceptione fateatur intentionem actoris. Sed ſi neget,non excludetur actor a,probando in termino ſicut probare poteſt ipſe Reus.Dicit hoc.d. Antonius in.c.ꝑ. de ordine cogn. num. 8.ibidem Abbas. ꝑ l.ſi quidem.C.de except.℄ Quod tñ limitat niſi probationes Rei eſſent in prō ptu;non tñ ille actoris,vt quia tractū tēporis exigant.vt per glo.in.c.ſi forte.de elect.in lib.6.in verbo añ omnia.℄ Tu dicas ꝙ parum facit quia loquitur vbi plura non hincinde vt hic,ſed ab eadem parte obiicerentur. ℄ Item ſi verum diceret,ſeqneretur vt terminus datus pro vna tantum parte datus cenſeretur. ꝙ eſſet contra. Regulam. l.fin.C.de fruct. & litium expenſ.℄ Dico ergo ꝙ nō excluditur actor a,probando.℄ Et diſtinguo ꝙ aut probationes prompte facte per ipſum Reum a,faciēdis ab actore elidi poſſent,(in quo iudicis arbitrio ſtandūm erit argumēto.l.iii.ff. de teſtibus. &.l.ediles.in.§.item ſciendum.ff.de edilic.edicto.) & tunc Butrii limitatio ceſſet.℄ Si vero elidi non poſſent, & tunc ſuper probationibus Rei conuenti ſententiam ferre non poſtponat.ne contingat fruſtra fieri ꝙ factum minus releuaret contra legem in.§.diuus.l.hec ſtipulatio.ff.vt legat.nomina caueat.℄ Secūdo.Item in limita niſi in odium violentie puta vbi Reus conuentus exciperet vtendo remedio.l.ſi quis in tantam C. vnde ui.℄ Talis.n.exceptio non eſt dilatoria prout eſt illa que prouenit ex.l. ſi quis ad ſe fundū.C.ad l. iul. de ui. ſed peremptoria,ſeu mixta. de qua infra.numero 136. Et colligitur ex pluribus.

bus fallentiis datis ad regulem ſpoliatus añ omnia. ¶ De equitate tñ vſus inole-uit vt ſimul atq; ſemel vtriq; parti proba-torius terminus conſtitnatur. vt dicit in noc. in. c. prout nobis. de dolo & cõtu. lib. 6. & ſeruatur. vt dicit Angelus in. l. ṗtor ait. ff. de damno infecto. ¶ In quo potius cõcludo eſſe in arbitrio iud. can-tis ſecundum contingentiam factorum, vbi ſibi videatur ob id poſſe lites abbre-uiari. Sic Innocenttus & hoc modo ha-bebit ſe prima rõ noſtra. ¶ Simili mo-do dicendum eſt vbi actio ſecundo loco propoſita ſit emergenter, vt quia excipi-endo quis dilatorie ſiue perẽptorie (tñ in vim dilatorie) ſe opponeret. non ad merita cauſe, ſed ad proceſſum. ¶ Puta: dicendo actorem eẽ excommunicatum vel minorem xxv. ãnis ſiue ſernũ. ¶ Vel dicendo iudicem eſſe incompetentem, ſemper. n. tũc ſuper ipſis exceptionibus (omni vſu remoto) & añ conteſtatio-nem in principali (vt ibidem. Innoc. & Abbas) cognoſcendum eſt. atq; termi-nandum. exṗſſe, ſeu ſaltim tacite. quod ſit per proceſſum ad vlteriora iuxta. c. inter monaſteriũ. ff. de re iudic. c. ex par-te. de appellat. ¶ De incidẽti & emergen-ti aliter loquitur glo. in. l. prima. C. de ordine cognit. plene Bal. declarat & dif-ferentias ponit in. l. prima. C. de ordine iudic. Plenius Butrius in. c. ṗ. de ordine iudic. vbi etiam ponit an ſuper inciden-ti vel emergenti ſit exṗſſe pronuncian-dum ſeu an tacita pronunciatio ſuffici-at. ¶ Qui tñ finaliter concludit non dif-ferre nin in caſu quo id quod incidenter propoſitam. & finitum ſit, principaliter proponeretur. nam ſi exṗſſe finitum ſit ṗiudicare poſſet in alio iudicio in quo principaliter deducatur non: ſic vbi taci-te &c. ¶ Item niſi in hoc quia in emer-genti tacita vel expreſſa fiet incontinen-ti. ſed in incidenti in calculo ferende ſen-tenti e fieri poſſet. ſic iſdem ad numero. xi. ¶ Et au & quando de incidenti, id eſt de peremptoria exceptione tantum-modo intentione fundata cognoſcen-dum ſit. ¶ Item an & quando ſuper incidenti vel emergenti queſtione ſit pronunciandum. Item & que ſit actio incidens vel emergens. Videbis in di-ſtinctionibus. dñi abbatis in. d. c. primo de ordine cognit. ¶ Redeundo quan-do ſint plures criminales. tunc aut prin-cipaliter hincinde mote fuiſſent, & lo-cus erit diſpoſitioni de qua in. l. negan-da. C. dui accuſare non poſſunt &. l. is qui reus. vbi Bar. ff. de public. iudic. vbi ſi actio ſecundo loco propoſita ſit maior, ſeu preiudicalis ad primam, pri-us ſuper ipſa ſecunda cognoſcetur. de conſuetudine tamen dicunt eſſe vt ſuper vtraque cognitio fiat. tamen ſuper ſo-la maiori debeat pronunciari argumen-to. l. iii. cum ibi not. C. de ordine cognit. ¶ Si vero nulla eſſet maior ſin vtraque terminandum eſt. Exem-plum in. l. prima. § ſi publico. ff. ad l. Iulian. de adulter. ¶ Quod etiam procedit vbi ſecundum crimen contin-geret primum. puta ſi me de homici-dio accuſaſſes, ego vero de falſo. id eſt ꝙ falſam inſtitueris accuſationem te reaccuſem. vt not. glo. in. d. l. ſi prior. quanuis tunc per neceſſariam alterius conſequentiam ſuper vno tan-tum pronuncietur. ¶ Aut ſecundo loco criminalis non principaliter ſed incidenter mota fuiſſet, ſeu emergen-ter, & tunc loquitur. l. quoniam Ale-xandrum. C. ad. l. Iulian. de Adulter. dum dicit de lenocinio. Intelligo enim ꝙ incidenter &c. quanuis & etiam illa ci-uilis de qua ibidem ſit incidens. ¶ An autem & quando accuſatus poſſit reac-cuſare ſuum accuſatorem, vide Bartol. in. l. ſi is qui reus. ff. de publicis iudic. ¶ Reſtat modo quando vna ciuilis ab vna parte, Altera vero criminalis ab aduerſa parte proponatur, & tunc aut ambe, principaliter &c. dic per glo-ſam, & doctores. in. d. l. qui prior. ¶ Aut ſecunda incidenter ſeu emergen-ter & dic. eſſe caſum in. l. iii. C. de ordine iudiciorum. ſi recte intuearis.

133 NOno ex iſdem rõnibus ambabus inferẽdum eſt ad reũ conuentum ꝙ (quia cito finis litibus &c. vt ſe habet ratio prima) plures exceptiones cumulare poſſit. dummodo nõ ſint contrarie. de quo latiſſime Bal. in. l. prima. C. de furt. ℂ Et dummodo ſententiu lata ſuper vna non ſit paritura exceptione rei iudicate ſuper altera, tunc cumulatio nõ fiet per generalitatem (vt dicũt) ꝑſate. l. fundum. ff. de except. ℂ Itẽ etiam quia delicta ſunt puniẽda. vt ſe habet ſecũda ratio ideo vt de pluribus criminibus ſimultanee vel ſucceſſiue obiicere valeat, eſſ: dicendum puto: ℂ Que ratio ꝗuis inepta eſſe videatur (cum effectus exceptionis nõ ſit impugnare ſed tm̃ ſe tueri vt dixeram. nu. 48. ad regul. ſpoliatus. &c. & conſequenter non petatur quem puniri, quo caſu tantum ratio ꝓdicta concludit, ſtante maxime regula ꝙ attenditur quod principaliter agitur. vulg. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. petatur.) tũ negari non põt quin excipiẽdo delicta propalentur, ita vt per id puniantur. cum vndecunq; claruerint puniend a ſint. vulg. 24. queſt. 4. c. ecce. cum congeſtis. vbique per criminaliſtas.

134 SVper his querendum eſt vtrum Reus ipſe conuentus exceptioni per eũ propoſite actionem ſeu petitionem valeat cumulare Bal. in. l. edita. late diſputauit num. 90. concludens, ꝙ aut ius agẽdi ſumitur ex fonte defenſionis. ℂ Aut non. ℂ Primo. caſu non cumulat. Exemplum Reus excepit de ſolutione contra agentem hydothecaria, & ſolutionẽ cum nõ poſſet probare per teſtes, ceperit agere contra actorem vt exhiberet inſtrumentum cancellatum, vt quia animo habebat ſolutionem cum inſtrumento. ipſo poſſe iuſtificare. nam tunc non cumularet. ſecus in terminis legis. finalis. C. de ordine cognit. non. n. ibi ſumitur ius agendi ex fonte defenſionis. ſed rõe ſtatus. ℂ Preterea dicit Bal. ꝙ illa actio agentem nõ defendit quominus contra eum interim exequutio fiat, ſecus ſi añ ſñtiam cõtra ſe latã litẽ de ſtatu mouiſſet per. l. ſi ad libertatẽ. ff. de ſtatu hominũ. ℂ Ad. l. ſi inter me & te. ff. de except. rei iudic. Rñdet ꝙ ibi in petitione id cõtinebat ꝙ in ſimplici defenſione non claudebatur.

135 DEcimo ex eadem prima ratine vcz vt cito finis litibus imponatur, inferẽdũ eſt. vt nedum cumulatio permittatur vt in ꝓdictis ſed quandoq; inuito actore facienda ſit. Ideo dicitur neceſſaria vt per Bal. in. d. l. edita. num. 94. ℂ Exemplat. vbi actor poterat petere decem puta ex mutuo, vult. petere qnq;, vt deinde petat alia qnque. & ſic diuidere petitionem, nam cogitur inſtante Reo illã integrare ℂ Interrogatus igitur actor an ſit amplius ex eadem cauſa petiturus ſi rñdiderit affirmando. Sibi iubebitur vt integre agat: vt dicit ſentire gloſam in. l. duobus. §. ſi plures. ff. de action. empti. & argumento. l. nulli. C. de iudic. ℂ Vñ (vt dicit) ſi pars opponat de diuiſione petitionis, non procedit libellus ille peto decem de maiori sũma. ſic ille. ℂ Sed quero quid ſi actor rñdiderit nolle agere in plus, & poſtquã in petitis obtinuerit petat alia quinq;, an poſſit. Vr̃ ꝙ non. Quia ſe ipm̃ excluſit quemadmodum diximus in regula impeditiua ratione contrarietatis. ℂ E, contra vr̃ ꝙ pro reſiduo actio nõ ſit amiſſa. Et ſi ſe ipſum excluſerit rñderi poſſet id duntaxat pro illa vice. Nam & is qui cõtraria propoſuerit, quãuis ſe ipſum excluſerit, id intelligitur tãtum pro illa vice. Quod patet cum poſtea ſi ab eo recedat iterum vnum contrariorum inchoare nõ impediatur. & maxime hic dicendum eſt vbi ſuper prima petitione fuit obtentum, qua de re ſuper ſecunda (cum ex eodem facto deſcendat, itaque ius fouere ſicut in prima preſumatur) audiri dicendum eſt. vt ius ſuum cuiq; tribuatur. ℂ Concludẽter tutius fieri poſſe

credam

credam, vt inſtante Reo iudex precipiat
actori abſq; alia iterrogatione de qua ſu
pra, vt integret petitionem, ſub pena im
ponendi perpetuum ſilentium in ceteris
ex eodem facto ab eodem actore peten-
dis. quo facto ſi intra ꝑfixum arbitrio tē
pus eam nō integrabit perpetuum ſilen-
tium imponet. ℂ ꝙ hoc nedum poſſit
iudex ſed & facere teneatur, motus ſum
tam quia publice intereſt finē litibus &c.
vt ſe habet rō noſtra, q̃ quia iudex iniq
tati manifeſte ex officio occurrere deb3
Bar. in. l. prima. ff. ꝙ ui aut clam. manife
ſta eſt vbi actor id quod in vna & eadem
inſtātia poterat terminare, in diuerſis vē
tilari voluerit. vt dicit textus in. l. nulli.
C. de iudic. qui q̃uis loquatur de diue. ſis
iudicibus tū ſicut ibi ex officio punitur.
vt eſt textus in verbis. pena ei ex officio
imminente &c. (qui ſi non eſſet iniquus
non puniretur argumento. l. abſentem.
ff. de penis cum ſimil.) ita hic. ℂ Hec (vt
dicunt) procedunt niſi actor aliquā excu
ſationem afferret, vt quia diceret ſe mo-
do ad quinq; tantū agere quia ſuper aliis
qnq; ſibi deſunt probationes. ℂ In quo
vix crediderim a, precepto excuſari ſi ſu
per credito ex eadē cauſa & facto deſcen
dente petitionem integrare ſibi precipia
tur. ℂ Exemplum. duo ſimul emerunt
ab vtroq; res fuit euicta vnus deinde de-
cedens inſtituit aliū qui de euictione vo
lebat tm̄ agere pro parte nam cogitur
integrare ſecus ſi ſeparatiſſimus eſſet cō
tractus vt dicit Bal. Puta ſi ex diuerſis fa
ctis (quia & diuerſe requiruntur proba-
tiones) vt quia plures habite fuiſſent ſo
cietates (quāuis eadē cauſa in genere ſit)
nihilominus dicendo ſicut ſupra excuſa
retur per ea que Baldus numero 95. per
rubr. C. vt nemo inuitus. & argumento.
l. ſciendum. ff. de vſuris. & l. Argētarius
. §. cum autem. ff. de eden. ℂ Aduerte tū
per eundem, ꝙ vbi quis allegat plura &
concludit vnum, ſuam maliciam oſten-
dit. niſi ex cauſa iudicis arbitrio excuſa
retur. argumento. l. iii. ff. de teſtibus. & ti
tuli. ff. ex qbus cauſ. maior. ℂ Et vltimo
dicamus ꝙ eadem rōne qua voluntaria,
ſic & neceſſaria introducitur cumula-
tio. contrariorum enim eadem eſt diſci-
plina, vbi eadem ratio eſt, vt dixeram ad
rubr. in verſic. ſecundo cōcluditur. &c.

135 COgnitis rōnibus finalibus
cumulationum & diſcuſſis
rationum decem illationi-
bus ad plures cās ciuiles, cri
minales, & mixtas. ℂ Nec
non viſo primo gn̄e cumulandi per. l. ſi
idem cum eodem. ff. de iuriſd. om. iudic.
per. l. fin. C. de annali except. ℂ Illud ſci
endum eſt cumulationem petitorii cum
poſſeſſorio ſub hoc gn̄e cōtineri. quod
quomodo ꝓcedat ſupra poſuimus ſub
rubrica. de cauſa poſſ. & propriet. num.
64. in verſic. i primo mēbro &c. ℂ Mo
do ſecundū capſamus hoc eſt QVAN
DO PLVRES ACTIONES
EX EADEM CAVSA DE
SCENDENTES AB EODEM
CONTRA EVNDEM AD I-
DEM CONSEQVENDVM,
Mouerentur. ℂ Exemplum ſi vendide
rim tibi fundum nam nedum actio ex vē
ditio mihi competit ad ꝓciū recuperan
dum ſed & certi conditio gn̄alis. & quia
abſolutoria ſi daretur ſuper vna poſſibi
liter in alia rei iudicate exceptionem pa
reret ideo Bar. & cōmuniter concludut
non cumulari. ℂ ꝙ aut exceptionem in
alia &c. Bart. probat per. l. de eadem. ff.
de except. ſed loquitur ea lex quādo cō
petunt ad diuerſa. ita purpur. num. 57.
in. l. edita rationem aſſignat quia tūc Re
us poterat opponere ne fieret ꝑiudiciū
actioni p̄ loco propoſite, cum data falſi
tate ipſius prime ſequebatur falſitas ſecū
de vcz actionis cōfeſſorie. non ſic in ter
minis noſtris. nō enim data falſitate cer
ti conditionis generalis ſemper ſequitur
falſitas actionis ex vendito ſeu alterius
ſpecialis. vt per Bar. in. l. certi conditio.
ff. ſi cert. petatur. ℂ Sed hoc vltimum ne
go quando competunt ex eadem cauſa,
ſi verum eſt ꝙ in genere ſpecies compre
hendātur iuxta. l. ſi quid earum. §. inter

emptum.de legat.p̃.❡ Cum eodem tñ
concludo ꝙ melius probetur per.l.plu-
ra.ff.de action.& oblig. q̃ per.l. de eadẽ
ff.de except.rei iudic.&.l.ſingulis.nõ.n.
(quia volunt vt lata ſententia ſuper vna
actione nõ poſſit alia actio inchoari pro
pter vim rei iudicate vt eſt natura tituli
& per rationem d.l.ſingulis)ideo ſeque
tur ꝙ ante rem iudicatam cumulari nõ
potuiſſet. ❡Obſtat tamen quia quãdo
plures actiones ex eadem cauſa ſimul dã
tur ad idem;non propterea (ſi proponã
tur) lis efficitur longior. Minus aduer
ſarius maioribus expẽſis defatigatur qua
de re omnis ratio impeditiua ceſſare vi-
detur.non ſic in.l.ſingulis. nam ibi fuit
defatigatus in vna non eſt in altera defa
tigandus.hoc vult illa textus. ❡ Conſi-
dera ſi dici poſſet illud in.l.plura proce
dere in contractibus ſtricti iuris ſecus ve
ro ſit in contractibus bone fidei.

136 TErtiũ genus eſt QVAN
DO EX EADEM
CAVSA DIVER-
SE ACTIONES
COMPETENTES
AD DIVERSOS EFFECTVS
CONSEQVENDOS, AB EO-
DEM CONTRA EVNDEM
PROPONERENTVR. ❡Exẽ-
plum actio furti ad penam da qua in in-
ſtit.de oblig.ex delicto. ❡Cõditio vero
furtiua datur pro re furata recuperãda
caſus eſt in.l.ſi pro fure.ff.de cõdit.furt:
has Bar.Bal.Alberic.ceteriſq; commu-
niter in.l.edita.volunt non cumulari.p
iura Bartoli. ❡ Sed fulgoſius cõtra per
l.rei communis.ff.pro ſocio.per.l.ſi ſer
uus.ff.commodati per l.primam.§.fin.
ff.ſi famil.furtum.per.d.l.ſi pro fure.&
per.l.ſi quis ſeruũ.ff.ad.l.Iulian.de pla-
giar.necnon.l.ancille.C.de furt.Rñdẽs
allegatis pro cõmuni ꝙ procedũt impe-
dimenta cumulandi ex rõe maioritatis.
❡ Hoc tñ tollitur.per.l.fundi,&.l.fun-
dum.ff.de except.vbi non eſt maioritas
& rñdetur ad iura fulgoſii ꝙ non pmit-
tunt cumulationem in eadem inſtantia.

Sed tantum prouideãt ne vna inchoata
alteri piudicetur quominus prima. fini-
ta inchoari poſſet. ❡ Pondera in.d.l.ſi
pro fure,& in.d.l.rei communis.verba.
nec altera conſumetur &c. ❡ Addas rõ-
nẽ,de qua in §.eliger.l. iii. ff. de tribut.
❡ Concluſio communis in hoc gñe fun
datur in ratione ſepedicta, ꝙ abſolutoria
lata ſuper vna parere poſſet exceptionẽ
in altera rei iudicate.ita Bartolus per.l.
primam.ff.de ui bon.rapt. ❡Cui aliam
video potius q̃ iſtam conuenire,rõnem
illam vcz quia cõdemnatione & exequu
tione facta ſuper vna reus in altera libe-
ratur,ne actor idem bis cõſequi debeat.
Pondera ibi.ne amplius id cõſequatur.
❡ Itẽ per.l.duobus.§.ſi quis iurauerit.
ff.de iure iuran. ❡Cui rñde.ꝙ per illa
verba ibi.Aliud eſt furtũ facere &c.pro
batur a cõtrario ſenſu,ꝙ vbi actiones tẽ
dunt ad diuerſa ibi ceſſet exceptio rei
iudicate,nam optimum eſt argumentũ.
d.iureiurãdo deciſiuo ad rem iudicatã:
❡ Item ibi tunc obſtat exceptio iuſiurã
di ſeu rei iudicate,cum nõ iuratur ſecun
dum communem curſum cauſarum.de
claratur in ſequen.ibi.igitur ſi quis iura
uerit non eẽ condẽnatum,&c. & in ſup-
poſitis ibidem.vbi iuratur ſemper ſuper
facto, non ergo meruit allegari per ea
ea que nunc concludam. ❡ Tertio Bar.
inducit.l.interdum.ff.de publ.iud c. que
vt puto vere probat hanc cõcluſionem,
& dico ſic ſi.n.ibi cumulatio impeditur
vbi vna ẽ criminalis que cumulari debe-
ret attenta ratione ſuperius dicta ne ma
leficia impunita remaneant, tanto forti
us hic impediri dicẽdũ eſt, vbi quia ſunt
ambo ciuiles ea ratio ceſſat. ❡ In eo tñ
contra Bartolum opinarer volentem in
l.interdum.ita diſponi quia abſolutoria
lata ſuper vna poſſet parere exceptionẽ
rei iudicate ſuper alia. nam ſi talis illius
legis ratio eſſet,oporteret ponere caſũ
in quo reus conuentus ſumpſiſſet onus
probandi furtum nõ eſſe factum,vel vim
non eſſe commiſſam,ſeu ſaltum a ſe non
commiſſam.tũc enim abſolutoria ſuper
vna &c.

vim &c. ¶ Quod o nus ſubire non eſt ſe
cundum communem curſum cauſarum
attento ꝙ actore non probāte Reus ve-
nit abſoluendus. vulg. l. qui accuſare. C.
de edendo. nec eſt veriſimile quem ſuſci
pere onus probandi negatiuam que dif-
ficilis eſt probationis. c. quoniam con-
tra. de probat. & dixeram ſupra. ¶ Itē
ſic intelligendo indiſtincta & ſimplex diſ
poſitio illius legis cum tali ſubauditio-
ne violaretur. ¶ Quāuis cum Bar. com
muniter opinati ſint nihilominus credā
ad. d. l. interdum. aliam rationem eſſe q̄
rendam. ¶ Vel concludenter credā ſal-
uando Bar. & communem ꝙ in ea lege
caſus vbi Reus. ſumpſiſſet onus proban
di vt ſupra ſubaudiendus ſit. moueor. p
verbum. Interdum. cuius natura eſt a re
gulis itaq; a communi curſu deuiare. ff.
de ſolut. l. ſi vero. §. interdum. l. ſi vt cer
to. §. interdum. ff. commodati. & ſic hu
ius generis concluſio verificetur. ¶ Ali
as & regulariter cum fulgoſio tranſirē.
neq; video qd repugnet quin vnā actio-
nem pro re ipſa alteram pro pena con-
ſequenda proponam. ¶ Rurſus ſi non
ſumpſerit onus probandi pretenſum fa-
ctum (ex quo ſupradictū duplex ius ori
tur) non eſſe factum. Et aliud conſide-
randum eſt, an id quod Reus ſe proba-
turum ſuſcepit ſit tale ꝙ eo obtento nō
poſſit id quod cumulari ab actore pre-
tendatur) obtineri, & tunc cumulari
actor impediatur. ¶ Aut tale non ſit,
& cumulare poſſit exemplum non aliud
queram q̄ in. d. §. ſi quis iurauerit.

37 QVartum genus cumulan-
di eſt QVANDO PLV
RES ACTIONES
EX DIVERSIS CAV-
SIS COMPETERENT
AD IDEM CONTRA EVNDEM
Bar. concludit poſſe cumulari quē com
muniter ſequuntur. ¶ Niſi ad inuicem
taliter ſe haberent ꝙ lata ſentētia & facta
exequutione ſuper vna eo ipſo Reus ab
altera liberatur tunc enim nō cumulan-
tur ſecundum Petrum de Bellapertica
alias admittitur vt ſupra maxime quia
ceſſat regula impeditiua ꝙ ſententia la-
ta ſuper vna paritura ſit exceptionē Rei
iudicate ſuper altera &c. Item quia vbi
prohibita non reperitur ibi permiſſa cē
ſetur, vt ſuperius dictum eſt. vt in termi-
nis iſtis. eſt textus in. l. huiuſmodi. §. qui
ſeruū. de legat. p̄. l. ſi is. de action. & obli
gat. ¶ Sed purpuratus contra per. l. ſin-
gulis. ff. de except. rei iudicat. in ſui gn̄ali
tate comprehendentem omne cumula-
tionis genus. ¶ Dic immo in illis verbis
ibi vnum iudicati finem ſufficere &c. pro
bari noſtram concluſionem. hoc eſt di-
cere ꝙ vbi nō ſufficit vnus iudicati finis
ibi cumuletur. hic certe caſus eſt vbi nō
ſufficit vn⁹ iudicati finis. Ergo &c. ¶ Itē
rn̄deo ꝙ ibi ex eodem facto nō ex diuer
ſis actiones procedebāt vt glo. declarat.
¶ Contra communem. ſecundo loco
facit tex. in. l. nemo ex his. §. quotiēs. ff.
de regul. iuris. gn̄aliter prohibēs cumu
lari Bar. Eum intelligit vbi ex eadem cā
diuerſe competant actiones nō ex diuer-
ſis vt hic. ¶ Sed hoc non tollit gn̄alitatē
pro qua facit quia ſi diſtinguere voluiſ-
ſet vtiq; expreſſiſſet prout expreſſit alia
verba ibi. eiuſdem Rei nomine &c. argu
mento. tex. in. l. vnica in. §. ſin autem. C.
de caduc. tollen. ¶ Niſi dicamus neceſ-
ſario diſtinguendam ne ſit lex contraria
prefate legi. ſi is. & dicto. §. qui ſeruū fa-
cit. c. cum expediat. de elect. lib. 6. ¶ Sed
quia hoc aliquibus videretur eſſe refugi-
um miſerorū ideo cōcludamus ꝙ. d. §.
quotiens loquitur vbi ſunt plures actio-
nes reales. vt ibidem videtur dicere. glo.
ibi perſequutorie &c. tunc enim cumu-
lando non euitarentur inconuenientia
de quibus in. l. ſingulis. ¶ Attende tamē
ꝙ d. §. qui ſeruum. &. d. l. ſi is. loquūtur
in perſonalibus in quibus pro vna actio
ne poteſt ſolui res, & per alia pretium.
¶ vel melius dic īntereſſe qđ verificari nō
poteſt in pluribus realibus igitur &c. &
ſic limitarem hanc communem conclu
ſionem non procedere in pluribus actio
nibus realibus tūc enim quāuis cōpetant

ex diuerſis cauſis non propterea cumulabuntur. d. § quotiens. ¶ Item limito non procedere vbi peteretur ex duabus cauſis lucratiuis, ita Bar. p. l. Meuius § duorum. de legat. ſecundo. ¶ Purpur. contra quia quãuis ille tex. dicat ꝙ obtẽto in vno liberetur in alio, non tamen negat poſſe cumulari. ¶ Reſponde per ea que in quarta concluſione. Item limitationem hanc proba. per. d. l. is qui. cum ſequent. vbi glo. declarat.

138 QVintum genus additum p Bar. in. d. edita. Illud eſt. QVANDO PLVRES SVNT ACTIONES EX EADEM CAVSA COMPETENTES AD IDEM CONTRA DIVERSOS cumulantur vt per eũdem & plenius in. l. 3. § p̊. ff. de duobus rei. ¶ Procedit hoc in ſimultanea cumulatione vel vno vel diuerſis libellis fiat. ¶ Et de plano procedit ſi quẽlibet pro parte tantum conueniret, vt quia ſimpliciter ĩ eodem inſtrumento obligati eſſent Bald. in. l. ab eo. C. quomodo & qñ iud. ſed ſi inſolidum quẽlibet idſorum duorum pluriũue reorum conueniret actor, poteſt vno eorũdem inſtante compelli ad eos in vno & eodem libello conueniendos ne diuerſis inſtantiis defatigentur. ¶ Iterum ſecundum Bar. & quoſdam alios in. d. § p̊. libellus talis non teneret, & conſequenter acta & ſñtia nulla redderentur. niſi in libello ipſo ab actore inſertum eſſet ꝙ vnius eorũdem ſolutio ſibi ſufficiet. ¶ Cõtraria vero ẽ opinio Baldi i. l. ſi pluribus d. leg. 2. Quã ſequitur Paul. in. d. § ex rõne quia illa expreſſio in libello continetur tacite vt ſubſtineri dicatur. & refert apoſtilla ad. d. § & tenuit Ang. Aretinus i. § p̊. inſtit, de duobus Reis refert & ſequitur purpur. in. l. edita. num. 49. mihi vr̃ equior. ¶ Que Cumulatio procedit vt ſupra dictum eſt quando ex eadem cauſa, ſecus vbi deſcenderent ex cauſis diuerſis, Bal. in auc. hoc ita. C. de duobus reis & in. l. ad officium. C. communi diuidun. Item ſecus vbi ex eadem, ſi tñ actiones in ſpecie differrẽt. Vnde ita demum cumulatio harum fiet ſi numero tantummodo variarent. ¶ Illud mihi vr̃ addi poſſe ꝙ non ideo quia ſunt plures perſone, debeãt plures actiones iudicari de quibus hoc genus predicatur. eadem enim actio eſt contra plures ſimpliciter obligatos in eodem contextu, quia ſub vñione obligati ſunt non in ſingulis ſummis de quibus in. l. ſcire debemus. de verb. oblig. tanto fortius vbi inſolidum obligati extitiſſent, cum eo caſu vnicam perſonam rep̄ſentẽt attento ꝙ vnica ſolutione ſiue vnius alter remaueat liberatus vt ſup̄ & ideo genus hoc potius magiſtrale q̃ neceſſariũ fore dicẽdũ puto'.

139 SExtum dicit purpuratus eẽ cumulationis genus e, conuerſo ad p̄cedẽs VBI PLVRES CREDITORES ACTIONES EX EADEM CAVSA DESCENDENTES ET NVMERO TANTVM DIFFERENTES CONTRA EVNDEM REVM DEBENDI CVMVLARENT vtiq; poſſent tam in vno q̃ in diuerſis libellis vt dicit Bar. in auc. hoc ita. C. de duobus reis. in. x. col. verſic. de ſecũdo vero per. l. ii. ff. de titulo. ¶ Purpur. Addit regulam correlatiuorum de qua in. l. fin. C. de indicta viduit. tollen: ſic in pluribus litis conſortibus de quibus. in. c. in preſentiã. vbi Abbas de probat. ¶ Ad que videndus eſt Rom. in cõſil. 210. viſo themate ponens etiam de pluribus Reis credendi agẽtes cõtra plures Reos debendi. de quibus purp. facit Septimum genus & nihil eſt cum vnica ſit actio vt dixi, niſi in contractu ſummarum ſeu rerum debitarum diuiſio facta fuiſſet. quo caſu competere non dicerentur ad idem. ¶ Redeundo conuentus ſi velit, cogere eos poteſt ad cumulãdum, ne pluribus inſtantiis defatigetur. Innocẽ. in. c. cũ Martinus. de cõſtit. ¶ Quinimmo qñq; eos cumulantes medio iudice cogit ad non cumulãdum ſi aliquã

coloratã

coloratam rationem in medium afferret propter quam pateat ex cumulatione damnum ſibi inferri. ſic purpur. in. d. l. edita. bñ concordans dicta Romani in conſil. cum dictis Baldi. in. l. eo ꝙ a, non nullis. C. ſi cert. petatur. Vide que Decius in. d. l. edita. ¶ Cõcluſio noſtra procedit etiã i criminalibus Bar. late i. l. hos accuſatr̃. in. §. lege. ff. de accuſat. ¶ Quid autem ſi cumularẽtur perſone accuſatorum ſiue iudicum Bal. in Padu. col. 14.

140 SEptimum cumulationis genus addit Alex. ad. §. hic noſtrum QVANDO poſſeſſoriũ p̃. loco proponatur, & ex aduerſo idẽ poſſeſſorium proponi contingat vel aliud. vt ſic duorum poſſeſſorium vnum ab Actore alterum a, Reo proponatur. eſt materia c. fin. de ordine cognit. c, frequens. de reſtitu. ſpoliat. in. 6. ¶ Sed quia hec nõ ẽ cumulatio ſed eſt vel mutua & reciproca petitio, vel reconuentio. vt dicit Bal. in. l incerti. nu. 23. C. de interdic. quod declara vt dixerã in verſic. octauo ex eadem ratione &c. Ideo pretermittamus. ¶ Et ſi diceres genus hoc poſſe ſubſtineri vbi ab eodem duo poſſeſſoria cumularentur. nihil eſſet nam nunq̃ cumulantur vt per Bal. in. d. l. num. 25. ex ratione quia. Semper contrarietas reſultaret. dic vel ſuperfluitas vt per eundem. num. 7. in. fine per. l. primam. ff. ſi familie furtum feciſſe dicatur.

141 GEneribus ſeu modis cumulandi expeditis i qbusqm̃ vidimus nõ nullas rõnes cumulationum impeditiuas oportet nũc ſcire regulas omnes impedientes. ¶ Primam doctores eſſe dicunt quando. ¶ Vna actio propoſita in iudicio eſſet ſuper qua ſñtia ſi daretur exceptionem rei iudicate pareret ſuper illa actione quam actor ipſe cumulare velit, nõ cumulatur glo. Bar. & doct. in. l. interdum. ff. de publicis iudiciis Bar. Alex. & doct. in. l. fundum. ff. de except. Bar. Bal. Alex. Iaſon & poſteriores omnes in. l. edita. C. de eden. ¶ Intelligentes concluſionem vbicũq; exceptionem de qua ſupra parere poſſibile eſſet, neq; etiam ſimpliciter iſtum caſum admittunt. ſed ꝙ oporteat non aliã attendi poſſibilitatem q̃ eam que ſit ſecũdum communem curſum cãrũ. ¶ Hoc eſt ꝙ abſq; eo ꝙ reus conuẽtus aliquod probandi onus in ſe ſuſcipiat, talis ſñtia abſolutoria pro eo ferri poſſet ꝙ ex ea rei iudicate exceptio (de qua ſupra) oriretur. ſic Bar. in. l. fundum & hic. & in. l. edita. vbi Alex. num. 16. & poſteriores communiter concludunt. ¶ Difficile eſſet exemplum huius regule inuenire preter q̃ ſi plures actiones darẽtur in terminis quibus loquitur. l. cum queritur. cũ ſequentibus. & l. ſi mater, in. §. eandẽ. ff. de except. rei iudic. ſeu in terminis primi gñis ſupra poſiti. ¶ Que regula ſecundum Bar. in. l. edita. i ſecũdo gñe. procedit tam in ſimultanea hoc eſt eodem inſtanti q̃ in ſucceſſiua cumulatione & ad. §. ſed neq;. in auc, de fideiuſſ. dicit ibi eẽ ſpeciale vt actiones ſimul proponantur ne actor volẽs peruenire ad fideiuſſores in nimium defatigetur. ¶ Fulg. contra in. d. l. edita. quia dicere ꝙ ſit ſpeciale refugium eſt miſerorum. ſuper intellectu vero illius paragraphi nõ aliter in propoſito inſiſtendum eſt. ¶ Illud enim ſufficiat dixiſſe ꝙ ibi actiones competant ex diuerſis cauſis non eadem hic & in. d. l. cum queritur. ¶ Sed Dynus in regula nullus pluribus. Ioan. Fab. in. §. in perſonam inſtit. de action. Bal. in. l. ordinarii. in. iiii. col. & purpur. in. l. edita. num. 54. limitant hanc regulam non eſſe attendendam in ſimultanea cumulatione q̃uis attendatur in ſucceſſiua ex ratione quia diuerſitas proceſſuum ſatis ledit. vt iſdem Bal. in Peruſina. col. & in. penult. col. & in. c. diſpẽdia. de reſcrip. in. 6. pro quibus eſt quia vt dixeram in. gñe non propterea fiunt plures expenſe neq; plus cõuẽtus ipſe defatigatur. vbi ſimultanee cumuletur. ¶ Minus incõuenientia mul

tiplicantur ex quibus oritur. hec prima
regula ſecũdum Bar. in.l.incerti.quade
re ſaltim in bonefidei actionibus vt dixi
in ꝑ.gñe', limitarẽ. ℭ Addo ꝙ lata ſñtia
abſolutoria ſuper perſonali actione ori-
tur exceptio rei iudicate ſuper hypothe
caria ſecundum oẽs.quiuis non e,con-
tra ſecundum riminal.in.l.edita. & nihi
lominus ſimultanee cumulãtur vt in.d.
.§.ſed neq;. ℭ Nec obſtat allegata ſpe
cialitas quia vltra dictam reſpõſionem,
Rñdeo ꝙimmo regulariter verũ ſit.mo
ueor per.l.fin.C.de annali except.in ver
bis ibi.ſi.n.perſonalis fuerit mota actio
hypothecarie vero nulla habita mentio
&c.ꝑſupponit igitur ꝙ in eodẽ libello
vtriuſq; mẽtio fieri potuiſſet itaq; cumu
lari vt alias dixerã in princ. primi gñis.
ℭ Itẽ moueor per.l.finalẽ. C.de action.
& obligat.vt etiam eam intelligit Bald.
nam ſi contra diuerſos cumulatur for-
tius contra eundem.non attẽto ꝙ ſñtia
lata ſuper vna ſit paritura exceptionem
rei iudicate vt ſupra. ℭ Ad.l.fundi.&.l.
fundũ.ff.de except. Rñderẽ prout alias
ꝙ illa diſpoſitio.non cumulandi non ſi
ar ex eo quia ſñtia lata ſuper vna pariat
exceptionem rei iudicate &c.nam eẽt de
directo contra leges.in.l.& an eandẽ.cũ
ſequen.diuerſa.n.ẽ ſeruitus.a,re ipſa ſup
qua ꝑtenditur conſtituta. vna corpora
lis altera vero incorporalis vt inſtit. de
rebus corpor.& incorpor. & ideo bñ iu
reconſultus rationẽ aſſignat.ibi ne ꝑiudi
cium fundo fiat. ſic in.d.l.fundum. ℭ Et
ſi dices ꝙ ratio ꝑiudicii ſit illa quia abſo
lutoria lata &c.Rñderẽ hoc eẽ falſum.
nam ex rebus valde diuerſis(vt ille ſunt)
nõ infertur ad rubr.ff. de rei iudic. & de
except.rei iudic.que ꝑſupponunt identi
tatẽ rei vt declaratur.in.d.l.& an eandẽ.
ℭ Sed ratio ibidem declaratur vcz quia
non debet admitti ad probandum ſerui
tutẽ deberi fundo ſuo qui prius nõ pro
bet eẽ ſuum, vel ſaltim preſumptiue. vt
quia ſit in ipſius fundi poſſeſſione.l.ſiue
poſſidetis. C.de liber.cauſa.argumento
l.prime.ſupra eodẽ. ℭ Vt in ſimili alias
dicitur ꝙ non debet quis admitti ad pro
bandum id quod probatum non releua
ret.l.ad probationem.C.de teſt. vbi gl.
ℭ Hec.n.ratio.d.l.fundũ.etiam dici poſ
ſet ratio ordinis,& patet ĩ.d. l.in verbo:
prius.cuius dictionis natura ẽ ordine de
notare.l.Moribus.ff.de vulg.& pupill.
ℭ Sicut etiam ordinis ratio facit neſquis
(qui iudicium retinende ceperit) pro ea
dem poſſeſſione rei vẽdicatione vti poſ-
ſit.vt declarauimus ĩ lectur's.num.110.
per.l.ordinarii.C.de rei vendic.l.incerti
ff.de interdic. ℭ Vnde.d.l.fundum.alle
gari magis conueniret ad regulam ſextã
impeditiuam.non enim dicetur ſenten-
tiam latam pro conuento ſuper proprie
tate fundi in terminis.d.l.l.fundum.poſ
ſe parere exceptionem rei iudic.ſuper ſer
uitute,vt ex ꝑdictis patet.Sed magis ꝙ ſu
p ſeruitute agere impediatur,donec pri-
us probauerit fundum ticianum eſſe ſuũ
ℭ Nam ſi conuentus ſuper ſeruitute nõ
exciperet vt ibi.fieret ꝑiudicium fundo.
que verba intelligo.ideſt ipſi reo cõuen
to in ſuo fundo,quia patiendo ſuper ta-
li ſeruitute ſe conueniri tacite fateretur
dominium fundi (de cuius proprietate
agitatur) eſſe ipſius conuenientis. ℭ In
ſimili habuimus in prima fallentia ad re
gulam ſpoliatus ante omnia &c. de eo
qui paſſus eſt de dominio rei conuenti
excipi ad impediendum poſſeſſorium
reintegrande a,ſe motum.

142 Secunda eſt regula impe-
ditiua quando due actio-
nes ad inuicem ita ſe hñt
ꝙ eo ipſo quo vna inchoa
tur altera tollitur. itaque
vnam eligendo ad alteram ꝑcluditur a-
ditus.vt glo.in.d.l.edita. per ſex iura cõ
cludit. Quorum duo tãtum facere viden
tur ideſt.l.3.in.§.eligere.ff. de tribut.&
l.fin.C.de codicill.ita purpur. ℭ Con-
cluſio procedit vbi ex eodem facto com
petant & ex eodem titulo contractus. vt
declarat Bar.in.l.prima.in.§.vñ queri-
tur.ff.de public.dum loquitur etiã quan
do eſt vnum factum & vnus titulus cri-
minis

minis, plures tamen agēdi forme. ¶ Rō cur electione vnius (cuiuſuis) altera tollitur, eſt quia ſi ambas exerceret ſibi ipſi quoad actionum effectum (vt dicit Bal. in.l.prima.C.de furtis.num.8.) in iudicio coutrarius eſſe quod iura aborrent. argumento.l.vbi repugnātia. ff. de reg. iur. ¶ Si enim ceperit agere tributoria, eo ipſo tacite iudicialiter approbat. negotium per ſeruum in peculio factum. ꝙ ue contribuere cum creditoribus velit. vt in titulo.ff. de tribut. nam in iudicio eiuſdem eſt efficacie tacitum cuius expſſum.l.de etate.in.§ qui tacuit cum aliis vulgar.ff.de interrog.action. ¶ Sed quoniam in ipſo eodem iudicio dicitur quaſi contraxiſſe vulg.l.Pomponius ſcribit. ff.de procurat.a, quo ſicut & ab ipſo cōtractu inuita parte recedere non licet. vt inſtit.de obligat.ex cōtractu.(Quod recedere tunc eſſe diceretur cum actionem de peculio (per quam nolle cum creditoribus cōtribuere profitetur vt in.l.prima.ff.de tributoria) cumularet) ideo factum eſt vt alteram eligendo non ſit amplius ad aliam regreſſus.d.§.eligere hoc modo declaro gloſam ī.l. interdum.ff. de public.iudic.ſed ꝙ immo actio p̊. loco propoſita attendenda ſit. ¶ Addo textum in.l.prima.in.§. in tutela.ff.de tutelis & rationibus diſtrahen.

43 DVbium oriebatur vbi eodē in libello ambe actiones proponātur purpur. vult.eſſe ſtandum ordini ſcripture, vt primo loco propoſita, ſit proſequenda. argumēto not.p Bar.in.l.2.ī.§.ſi prius.ff.de vulg. & pupill.habes tu textum in. l. cum pater in.§.penul.de legat.2. vide Deciū in rubrica.in 2.col.in lectura nouiſſ. ff. ſi certum petatur. ¶ Item vult etiam eſſe ſtandum declarationi actoris.per.l.ſi qs intentione ambigua.ff de iudic. ¶ Hoc ſequor. Addito ꝙ eo ipſo quo ſuper altera tantum proſequi ceptum ſit, ea declarata dicatur.plus.n.ē facto q̄ verbis operari, vt not.in.l.de quibus. ff.de legibus.

¶ Vñ infero ꝙ quia libellus de ſe abſq; proceſſu nil operatur ideo ꝙ conſideratus ordo ſcripture in propoſito parum faciat. ¶ Si vero ſup vtraq; actione propoſita procedat, aut ē ex aduerſo oppoſitum. ¶ Aut non.p̊.caſu cum ſit exceptum vt vnica ſolum debeat vti, eligere, ſi velit iudicium proſequi cogetur. Bar. Alex.Iaſon, Decius, & communiter. in. d.l.edita. ¶ Si tamen ante litis conteſtationem oppoſitum fuiſſet.per.l.ſed & ſi ſuſceperit.ff. de iudic. ¶ ꝙ ſi non eliget. neq; alterā proſequi poterit.Bal.in.d.§. eligere.per ſpecul.de action.& petit.§.ſequitur.verſic.quid ſi velit. ¶ Necnon ſi exceptio peremptoria eēt nedum cumulationis ſed etiam actionis, tunc quandocūq; opponi poſſet.Ita Bal.in Paduañ. 8. ¶ Secundo caſu quia non fuit oppoſitum procedit libellus ſuper vtraq; Bar. in.d.l.in verſic.expeditis generibus per: l.primam.§.ꝙ autem.ff.quorum legat. Bal.in Paduan.num.82. Alexā.& communiter omnes. nam vt dicebat Iac.Butric.refert etiam Bal.libellus generalis, & obſcurus concludit iudici dummodo ex probatis poſſit ſequi abſolutoria vel condemnatoria.quo caſu iudex in condemnando eligit minorem partē, in abſoluendo fauorabiliorem. ¶ Secus ſi talis eſſet obſcuritas ſuper qua certa ſententia ferri nequiret tūc.n.neq; expſſus partium conſenſus aliquid poterit operari, cum incerta ſententia nullatenus tenere poſſit.l.prolatā.C.de ſententiis. ¶ Que antedicta ſententia ſuper illa actione proferri debebit, que prius iuſtificata fuiſſet. ¶ Neq; vt puto conuentus talem ſententiam (donec alia ventiletur) ſuſpenderī poterit ſub clipeo auc.qui ſemel.C. quom.& qñ iudex. Cum liberum eidem actori fuerit vel vni actioni renunciare, iuxta.l.poſtq̄ liti.C.de pactis. ¶ Quod eo ipſo feciſſe dicendus eſt, quo aliam iuſtificaſſet. cū iuſtificatio illius fuerit excluſio alterius.argumēto.d.l. prime.ff. de tribut.vt ſupra declarate. Iūcta regula.l.cum.p̄tor.ff.de iudic. ¶ Ea etiā ipſa

ratione fiet, ꝙ actor ſuper iuſtificata ſententiam ferri non inſtet, ſed proſequatur ad aliam iuſtificandam, poſſit ſuper qua velit petere ſententiam ferri. cum ex aduerſo ante conteſtationē non ſit exceptū. de quo tñ aliter & melius loquar in ſecunda generali limitatione ad has regulas impeditiuas. ¶ Itém circa pdicta debet aduerti ꝙ. l. finalis. C. de codicill. loquitur quando ex diuerſis cauſis actiones deſcenderent & ad idem ſeu eandem hereditatem ageretur. eſt. n. alia cauſa teſtati hoc eſt factum teſtatoris ſeu teſtamētum. Alia vero cauſa inteſtati hoc eſt factum legis introducentis ius ſuccedendi. non igitur puto hanc legē cōuenire in terminis noſtris, ſed potius cōueniat. lex in. l. cū filius. § varijs, de legat. ſecundo. in. d. §. eligere. & in. l. commiſſoriæ. ff. de pact. inter empt. & vendit. ¶ Nā quando ex diuerſis cauſis, nō eſt locus neceſſariæ electioni de qua nos. vt. d. §. eligere. in verſic. plane &c. poteſt enim vtrūq; proſequi vſq; quo ex vna fuerit exactum. quo caſu eatenus alia impeditur quatenus exactio facta fuiſſet & non vltra. vt dicit Paul. de Caſtro in. d. §. eligere. per. l. rei communis. cum ſequen. ff. pro ſocio. ¶ Et dr̃ ex diuerſis cauſis ē ſi ex eodē facto due obligationes orirentur, puta ſi ex eodemmet reſultaret actio ex contractu, & ex delicto. vt per eundē, & ideo reſpectu exceſſus cumulantur.

144 Vlterius licet vti ſupra non cumulentur. neq; vna electa, ſit amplius ad aliam regreſſus. vt. d. §. eligere (vt puto) ex ratione Baldi in. l. prima num. 8. C. de furtis. dicentis qa electio vim repudiationis habet & cetera conſumit. Allegando. l. ſi is qui ſticū. C. de procurat. ¶ Nihilominus fallit quandoq; vbi relicta ṗ. loco propoſita ſit tranſitus ad ſecundam. ſi iuſta ex cauſa iudex ad id concedendum moueatur. vt ſic per in integrum reſtitutionē (que ob iuſti erroris cauſam conceditur) facultas obtineatur. dicit Bald. in. d. §. eligere per. l. habebat vbi glo. & Bar. ff. de inſtit. ¶ Sed Paul. de Caſtro l. d. §. vult: ꝙ immo mero iure, ſi error ipſe probetur per. d. l. habebat. in princ. ꝙ eſt dicere vt puto, vt concedatur reſtitutio a iure. nō ex ui clauſule gñalis ſi qua mihi iuſta cauſa &c. ¶ Hoc ſequor vbi probabilis error eſſet in facto, vt in. d. l. habebat. fortius vbi. error ex aduerſarii facto ſuccedat. per ea que de libello incerto dicūt Innoc. in. c. cōſtitutus. de in integr. reſtit. Ang. Aretin. in. §. ſed iſte. inſtit. de action. Iaſon l. l. fin. C. de furtis. ¶ Ad quod eſt neceſſe videre Bal in. l. prima. C. de furtis. num. dū dicit de errore proueniente ex contumacia conuenti. ¶ Si vero error ſit in iure puta quia crederet ſibi vnam duntaxat competere actionē cum vere duas haberet. ¶ Tunc aut eſt vir & maior. nec etiam in damno euitando (ſicut opinor) iuuaretur. p. l. regula. ff. de iuris & facti ignoran. Si mulier in damno euitando, atq; tantum in caſibus iure expreſſis ei ſuccurretur. dicit Rom. in conſil. 125. per. l. fin. C. de iure. & facti ignoran. per doctrinam Bar. & communem in. l. Claudius Claudianus. ff. de acquiren. hered. eſt textus in. d. l. regula cum ibi notatis. dixeram in regula ſpoliatus ante omnia. in. 17. Ampliatiõ. ¶ Caſus vero non eſt expreſſus vt notatur in. d. l. regula. & in. d. l. finali. Ergo &c. ¶ Necnon infero contra Paulum non in concluſione ſed in exemplo ſuo quia ponit iuris errorem.

145 Item & tertio, licet vbi electione tollūtur vt ſupra nō cumuletur. tñ fallit in caſibus vbi. libellus alternatiuus admittatur. iuxta. c. cōſtitutus de in integrū reſtit. c. Abbate ſane. de re iudic. c. cum dilecti. de empt. & vēdit. ¶ Itē & vbi admittitur libellus cōditionalis, de quo not. in. l. prima. in fine princ. ff. de action. empti. ſic Bal. in. d. l. regula. & iſdē Bal. vidēdus ē I. l. 1. C. de furtis. dū vult neceſſariā nō eē proteſtationē dūmodo alternatiue cumuletur.

Tertia

146 TErtia regula cumulãdi im
peditiua ẽ, vbi actiones q̃
competunt ad inuicẽ con
trariarẽtur.ſic Bar.in.d.l.
edita.per.l.primam.C.de
furtis.l.eum qui.l.cõtra maiores. C.de
inoffic.teſtamẽto᷑. ¶ Iſdẽ opponit, ꝙ ſi
contrarie ſint electione tolluntur.vt ſu⸗
pra in proxima dictum ẽ.& in. l.prima.
C.de furtis.tñ ſoluit argumẽtum proce⸗
dere vbi in exercitio contrariarẽtur nõ
aũt in origine tãtum, nam tunc dici nõ
põt vt electione tollantur. cũ electio tan
tum detur inter plura.l.ſi illud.ff. quan⸗
do dies legat. cedunt. que plura nõ ſunt
vbi origine cõtrariantur cum ſi vna ſit
alia in rerũ numero eẽ non poſſit. ¶ Sed
hucuſq; videre non poſſum quomodo
in.d.l.eum qui.cum p̃dictis potius cõtra
rietas originis eẽ dicatur, q̃ in.d.§.elige
re.& in d.l.fin. Immo oppoſitum vt in⸗
fra. ¶ Itẽ minus quomodo in p̃fatis legi
bus non due ſed tantũ vnica (vt p Bar.)
ſit actio dicẽda. Immo dicẽtur due, ſal⸗
tim in poteſtate, vt dicit Bald.in.d.l.in⸗
certi.num.6. ¶ Et contrarium vr̃ appa
rere in.d.l.cõtra maiores ibi. duplicem
actionem inferentes.& in.d.l.prima. C.
de furtis.ibi eligere debes. ¶ Vñ potius
adherẽdo verbis Baldi in.d.l.prima nu.
8.dicam ꝙ quedam ſunt contraria quo
ad verba non aũt quo ad effectũ. & tunc
non cumulantur. ¶ Adde minus electio
ne tolluntur. Ita tollo argumẽtum Bar
toli. ¶ ꝙ non cumulẽtur probo, quia
ſi aliter diceres fruſtatoria dici poſſet de
ciſio in.d.l.eum qui.contra vulg.l. ꝙ la
beo.ff.de carbon.edicto nam ſi cumula
rẽtur nulli dubium eẽt ꝙ finita inofficio
ſi querela falſi accuſationẽ proſequi poſ
ſet. ¶ Item probatur in.d.l.contra ma⸗
iores.in verbis. prioris iudicii mora &c.
¶ Si.n.cumularẽtur mora damaum af
ferret,& querela per quinquẽnium p̃ſcri
beretur,cum negligẽs fuiſſet. ¶ Itẽ & ꝙ
electio non tollantur patet in iſdem legi
bus dum vna earum finita,ſit ad alteram
tranſitus.iunctis declarationibus in p̃ce⸗
dẽti concluſioñ datis.dum habuimus ꝙ
vnius electione tollitur omnimodo alia
ſic vt ad eam amplius regreſſus non ha⸗
beatur, cum electio cetera conſumet. vt
dixit Bal. ¶ ꝙ aũt cõtraria nõ ſint quo
ad effectum, dixit Bal.in.d.l.prima.ex ra
tione quia per vtrãq; viã dicit defunctũ
inteſtatum. ¶ Tu aliter dic ꝙ vtraq; via
tẽdit ad impugnandum ſeu deſtruendũ,
nam certe nõ dicit inteſtatum qui de in⸗
officioſo agit & quoniam attẽditur mẽs
ideo electione non tollũtur, vt dicit Bal.
argumento. l.ſcire legẽs. ff. de legibus.
¶ Quinimmo attenta mẽte de qua Bal.
neq; origine contrariantur nam origo.
incipit a, mẽte.l.quod labeo.ff. de ſuper
lec.legat. ¶ Neque Iac.Butr.Bar.neque
Bal.eum referens in.l.incerti num.6.C.
de interdic. mihi aliter perſuadebunt in
terminis.d.l.eum qui.&.l.contra maio⸗
res. ¶ Quedam vero ſunt quo ad effectũ
contraria, tũc puto locum eẽ regule ele
ctionis de qua.in p̃cedẽti concluſione.
¶ Nam contrarius ẽ effectus tributorie
(qui ẽ in approbandũ factum ſerui) effe
ctui actionis de peculio qui ẽ in improbã
do.ſic in.l.fin.C.de codicill. cum ſimil.
vt optime declarat glo.in.l.prima.C.de
furtis. hoc modo tollo conſequentiam
